

Universitätsbibliothek Wuppertal

Artivm scriptores minores

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1923

Phocae Ars de nomine et verbo

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1978)

PHOCAE

ARS

DE NOMINE ET VERBO

EIVSDEM QVI DICTVR LIBER DE ASPIRATIONE

Phocae artis de nomine et verbo multi sunt libri manu scripti, quorum antiquissimus est Parisinus 7530 octavo saeculo scriptus, f. 66—78: cf. vol. IV praef. p. XLII. ad huius aetatem ex iis codicibus quos ipse vidi proxime accedunt tres decimo saeculo scripti, Monacensis 6281, olim Frisingensis 81, f. 91*—108* (cf. ib. p. XLIV), Parisinus 7520 *incipit ars focae grammatici | Ars mea — similia ex | plicit ars focae grammatici de nomine et verbo*, Parisinus 7759 *incipit ars foce grammatici | Ars mea — similia expl. ars phocae grammatici de nomine et uerbo*. postea ab illo tempore usque ad quintum decimum saeculum multis exemplaribus manu scriptis Phocae liber propagatus est. editus autem est primum curante Nicolao Iensono una cum Diomede aliisque grammaticis Venetiis circa annum 1476: cf. vol. I praef. p. XXXIV. quam editionem qui proximis annis reperiverunt pauca videntur mutavisse. nam in Ascensiana editione, quam solam ex antiquis exemplis cum principe editione contuli, non multa ex illius scriptura mutata inveni. plura primus novavit Putschius, qui 'ex Puteani codice, cuius variantes a Dn. Bongarsio et Cl. Ioanne Wouwer acceperat', ut ait, hunc librum edidit. post hunc Fridericus Lindemannus in primum volumen grammaticorum a se editorum artem Phocae recepit tribus usus codicibus nec bonis nec antiquis ac ne totum quidem librum continentibus, duobus Wolfenbottelanis, Aug. 38, 27 membranaceo saec. XIV et Gud. 260 chartaceo saec. XV (cf. Ebert. bibl. Guelferb. cod. graec. et lat. class. p. 129), tertio Gothano 117 chartaceo saec. XV. e quibus codicibus cum ille antiquiorem Wolfenbottelanum multis locis haud dubia librariorum vel grammaticorum negligentia corruptum potissi-

mum sequeretur, non emendatiorem librum, sed magis etiam corruptum, quam antea ferebatur, exhibuit. ego quamquam pluribus codicibus inter se collatis scripturam valde discrepare nec solitis tantum librorum erroribus, sed etiam studiis posteriorum grammaticorum, qui diligenter hunc librum tractaverunt, saepe mutatam intellexi, tamen propter levitatem rerum in quibus scriptor versatur de ista diversitate magno opere quaerendum non existimavi, sed ad unius optimi codicis fidem novam recensitionem exigere satius duxi. itaque fundamentum editionis esse volui codicem Parisinum 7530 (P), cuius scriptura ita exhibita est, ut nisi indicata discrepantia ab ea non recederetur et praeter paucissimas quidem et levissimas res, quas in hoc genere scriptorum memoriae prodere nihil interest, quidquid aliter atque editum est in eo scriptum esset, subiecta adnotatione significaretur. ad corrigenda autem Parisini codicis vitia adhibui Frisingensem codicem (F); neque tamen integram scripturae discrepantiam, sicut in illo factum est, indicavi, sed multa, quae nullius momenti esse visa sunt, omisi. in quo hoc sciri volo, ubicumque ea quae edita sunt a Parisino codice dissentiunt, neque indicatum est, quid in Frisingensi codice scriptum sit, hunc cum illis quae in continuitatem verborum recepta sunt consentire eiusque testimonio confirmari quae in illis locis contra auctoritatem Parisini codicis probata sunt. praeterea in non nullis locis, in quibus vel corrupti erant codices, vel non inutile erat scire, quid olim editum esset, scripturam principis editionis (ε), cum Frisingensi codice illam quidem plerumque consentientem, indicavi. pauca etiam ex codice Wolfenbottelano antiquiore, quem in schedis Lindemanni collatum habui, adscripsi, non quasi haec aliquam auctoritatem haberent, sed quia pro coniecturis recentiorum grammaticorum habenda sunt, vel certe quia Lindemanni editione propagata erant. omissa autem in hoc libro est ea pars quae est de graecis nominibus. reliquos libros, quorum mihi copia facta erat, neglexi, ne inutili variarum scripturarum mole liber oneraretur. neque maiore cura quam manu scripta ipsius libri exemplaria dignus est commentarius in Phocam amplissimus, qui scriptus est in codice Monacensi 19454, olim Tegernsensi 1454, saeculo undecimo vel duodecimo p. 145, *incipit glosa in Focam. Ars dicitur ab artis praeceptis, id est a strictis regulis, eo quod omnia comprehendit. ars etiam est congregatio vel perceptio rerum et dicitur apo tu aretes, id est a uirtute. iste Focas in exordio libri sui prae facundia elegiaco carmine composuit* — p. 236 *memineris etiam, id est recordaris, inchoatiuae formae uerba .i. in praeterito deficere, quia inchoatiua non potest habere praeteritum.* continet autem haec glossa maximam libri partem multis et verborum et rerum interpretationibus et ineptis commentis maxime de origine vocabulorum

enarratam. eiusdem generis videtur esse commentarius in codice Vaticano bibliothecae Reginensis 1560 saec. XI ante librum Phocae scriptus f. 24—35, *incipit feliciter ars Focae grammatici. Ars dicta est eo quod artis praeceptis, id est strictis regulis, universa comprehendat — usurpavit, id est usu arripuit. finit. Focas iste antiquissimus grammaticus fuit ante Priscianum et Donatum, adeo ut Priscianus multa de eo in libro suo dicat et exemplaumat. qui composuit hunc libellum de arte grammatica de duabus partibus substanciali et uocali etc.*

Grammaticae artis doctorem fuisse Phocam eaque quae de arte scripserit praecipue discipulorum suorum usui destinata ita ex antiquiorum grammaticorum libris collegisse, ut nihil novi adderet, sed solam brevitatis laudem sibi vindicaret, ipse in praefatione libri professus est. plurima autem ex iis quae breviter ab eo praecepta sunt nunc etiam uberius exposita apud Charisium et in excerptis post Charisium editis leguntur. neque tamen ex Charisii libris, quos quidem nunc habemus, haec decerpta esse inde maxime intelligitur, quod quaedam ex hoc genere, in quibus eadem verba repetita sunt, potius cum excerptis illis, quae partim ex uberiore fonte derivata esse supra p. 336 dixi, quam cum ipso Charisio consentiunt. cuius rei luculentissima exempla sunt haec quae scripta sunt p. 1690 de monosyllabis coll. Char. p. 42, 6 exc. Char. p. 546, 17; p. 1692 de quattuor nominibus o littera finitis, *duo ambo octo pondo*, coll. Char. p. 64, 9 exc. Char. p. 545, 5, et quae his vel ab ipso grammatico neglegentius interposita vel postea adiecta sunt de nomine *pondo* coll. Char. p. 35, 21 exc. Char. p. 551, 10; p. 1713 de verbis *eo* syllabis finitis coll. exc. Char. p. 565, 39. quare sicut de aliis grammaticis, in quibus similem consensum deprehendimus, saepius diximus, ita Phocam quoque haec quae ei cum Charisio communia sunt non ab hoc ipso, sed ab iisdem auctoribus, quibus ille usus est, in primis, ni fallor, ex arte Palaemonis, petivisse putabimus. eodem referenda sunt ea quae apud Diomedem, quem iisdem auctoribus usum esse constat, de verbis similiter scripta sunt. deinde ex catholicis Probi, quae in simili argumento versantur, quaedam translata esse in primis ea quae de graecis nominibus disputata sunt p. 1704 coll. Prob. cath. 9, 18; 33. 18, 24. 27, 4 probare videntur. minus certum est, num Donatum quoque et interpretes Donati, quibuscum complura sane communia habet, Phocas adhibuerit. nam cum brevitatis studio ductus et discipulorum utilitati consulens omnia adeo in compendium redigeret, ut aut nullis aut paucis veteris doctrinae vestigiis relictis regulas a plerisque artium scriptoribus traditas conponeret, dici nequit, a quibus auctoribus quaeque petita sint. sed ut intellegeretur, quantum fieri posset, ex quibus fontibus grammaticus praecepta artis duxisset, eos

antiquiorum grammaticorum locos, quibuscum maxime excerpta Phocae consentiunt, subiecta adnotatione indicavi. quamquam facile augeri index locorum potuit.

Primus Phocae mentionem fecit Priscianus l. X p. 515, 16 *cudo secundum Diomedem et Charisium et Phocam cusi, secundum alios cudi*. quamquam haec non magis cum iis quae in Phocae codicibus leguntur p. 1715 quam cum Charisio p. 246, 5 consentiunt, quod errori Prisciani videtur tribuendum esse. post Priscianum librum Phocae usurpavit Cassiodorus, qui non solum nomen eius posuit bis, de art. gramm. p. 2321 P *sed quamvis auctores temporum superiorum de arte grammatica ordine diverso tractaverint suisque saeculis honoris decus habuerint, ut Palaemon Phocas Probus et Censorinus, nobis tamen placet in medium Donatum deducere*, et de instit. divin. script. c. 30 p. 478 ed. Genev. a. 1656 *orthographos antiquos legant, Velium Longum, Curtium Valerianum, Papirianum, Adamantium Martyrium de v et b, eiusdem de primis mediis atque ultimis syllabis, eiusdem de b littera trifariam in unum posita et Eutichen de aspiratione, sed et Focam de differentia generis, quos ego quantum potui studiosa curiositate collegi*, sed etiam prologum eius in librum de orthographia transtulit, p. 2279 P *sed antequam opus orthographiae inchoare videamur, praefationem Phocae artigraphi exempli causa iudicavimus adponendam, quoniam cuncto operi nostro, quasi a nobis prolata sit, ita omnibus modis videtur accommoda, ars mea etc.* deinde Aldhelmus in libro de re grammatica et metrica a Maio class. auct. vol. V p. 501 sqq. edito ter nominavit Phocam p. 520, 533, 583. tum Alcuinus in versibus de bibliotheca Eboracensi vol. I praef. p. XXIII exhibitis cum aliis grammaticis huius quoque nomen posuit. postea autem quam diligenter Phocae liber a grammaticis tractatus sit, et codicum inde ab illa aetate scriptorum multitudo et scripturae diversitas testatur. postremo praetermittendum non est eiusdem grammatici nomine inscriptam extare vitam Vergilii versibus compositam, quam Scaliger Virg. app. p. 135 (ed. Lugd. a. 1595) edidit ita inscriptam, 'P. Virgilii Maronis vita a Foca grammatico urbis Romae versibus edita'. nam ab eodem homine, qui artem grammaticam scripsit, vitam Vergilii scriptam esse et per se probabile est et confirmatur iis quae contra adrogantiam Graecorum disputata sunt vit. Verg. v. 3 sqq. et art. gramm. p. 1722. de aetate autem scriptoris ne haec quidem quae de vita Vergilii narravit certiora continent indicia, quam illud quod Reifferscheidus Suet. rel. p. 403 probavit, post Donatum ea esse conscripta. unde sequitur inter Donati et Prisciani tempora aetatem Phocae esse collocandam.

Arti de nomine et verbo adieci libellum de aspiratione, qui eodem nomine inscriptus fertur, quamvis hunc non esse a Phoca

scriptum persuasum habeam. nam et dicendi genus quaedam quae ab illius sermone aliena sunt continet, et rerum tractandarum ratio tam diversa est ab iis quae de eodem argumento a veteribus grammaticis composita sunt, ut recentiore aetate haec ex antiquorum commentariis congesta et veteris grammatici nomine inscripta esse putem. edidit autem hunc libellum primus Ianus Parrhasius in Probi editione Vicetina a. 1509, de qua dictum est vol. IV praef. p. IX. postea Lindemannus ad novam editionem adhibuit codicem Gudianum 260 ab Osanno, qui ex hoc libro Apuleium suum edidit, descripto Apulei. de orth. p. VII. nam quod Lindemannus tres codices, quibus in arte Phocae edenda usus esset, hunc quoque librum continere dixit in praefatione, de duobus erravit, neque in ipsa editione plus quam unius codicis scripturam exhibuit. mihi praeter hunc duo noti sunt codices ipsi quoque quinto decimo saeculo scripti, Veneti bibliothecae S. Marci cl. XIII 30 et 366, quorum uterque hunc librum arti de nomine et verbo subiectum exhibet. sed de his non accuratius quaesivi, sed Ascensianam editionem a. 1516 ex principe expressam (g) et Gudianum codicem (G), cuius scripturam Lindemanni editioni debeo, secutus sum.

ARS PHOCAE DE NOMINE ET VERBO

p. 321. 22 L.

p. 1688. 89 P.

Ars mea multorum es, quos saecula prisca tulerunt;
sed nova te brevitās asserit esse meam.
omnia cum veterum sint explorata libellis,
multa loqui breviter sit novitatis opus.
te relegat iuvenis, quem garrula pagina terret,
aut siquem paucis seria nosse iuvat;
te longinqua petens comitem sibi ferre viator
ne dubitet parvo pondere multa vehens;
te siquis scripsisse volet, non ulla queretur
damna nec ingrati triste laboris onus.
es quod quisque petat; numquam censura diserti
hoc contemnet opus, si modo livor abest.

Credo non nullos hoc meum miraturos opusculum, quod in tanta doctissimorum hominum copia, qui varie diligenterque emendati sermonis praecepta tradiderunt, ego potissimum ausus sim temerario ac paene sacrilego conatu libellum de arte comminisci. de quo prius excusandum puto, quam de titulo operis disseram. cum sciam plurimos quidem regulas artium per ordinem exposuisse, quibus ad praerogativam sollertia vel antiquitas ipsa suffragata est, sed eorum alios late copioseque scripsisse, ut superflua interdum ubertate narrationis memoria confundatur,

P codex Parisinus 7530

F codex Monacensis 6281 Frisingensis 81

f corrector codicis Frisingensis

g codex Wolfenbütteleanus Aug. 38, 27

ς editio princeps Veneta Nicolai Iensoni

I INCIPIT ARS PHOCAE *P* INCIPIT ARS FOCI GRAMMATICI *F* VETUSTISSIMI AC PERSPICACISSIMI PHOCAE GRAMMATICI DE NOMINE ET VERBO LIBER INCIPIT *ς* 10 uelut *Fς* 13 es *Pf* est *Fς* codices Cassiodori de orth. p. 2280 16 hominum om. *F* 19 operis om. *F* 20 per ordinem exposuisse *P* digessisse *F* per ordinem digessisse *ς* ad praerogativam sollertiam vel antiquitas suffragata est *F* 22 ut superflua] superflua quibus *F*

p. 1689. 90 P.

p. 321. 23 L.

alios, dum brevitati student, admodum diffusam coartasse materiam, ut sterili compendio nihil ad integram scientiam lectoribus conferant; adulescentes vero nostri saeculi non desiderio litterarum nec amore virtutis ad studia se applicare, sed aut necessitate compulsos aut odore voluptatum per aetatem adflatos execrari magistros, quorum ut quisque est diligentior, eo maiori odio premitur, et gymnasiun sapientiae, quo ad beatam vitam semita demonstratur, velut taeterrimum carcerem detestari, alios autem, quamvis scire cupiant, omne tamen fructuosi laboris onus detrectare nec assiduis inhaerere lectionibus nec curiosa perscrutatione veterum eruere commentarios, qui dum semper volunt docti esse, fieri numquam possunt: idcirco fateor me negotium suscepisse pluribus profuturum, nisi qui novellam artis expositionem tractare fastidiant, praecipueque discipulis nostris, quibus adversus oblivionis iacturam et percunctantium tentamenta consultum esse desidero. in hoc namque nostrae professionis summa versatur, ut in aliorum scientia tui periculum facias, nec si ipse scias, sed si alios docueris, eruditus esse videaris. nominum igitur regulas et verborum in unum congessi, quoniam haec fere principatum in partibus orationis obtinent multumque difficultatis habent, et super ceteris abunde dictum a summis auctoribus aestimo. quo in opere nihil mihi sumam, nec a me novi quicquam repertum adfirmabo. multa namque ex multorum libris decerpta concinna brevitate conclusi, ut nec ieiuna parum instruat compensatio, nec verbosa prolixitas fastidium legentibus moveat. siquid autem a nobis in suscepto negotio commode tractatum est, malo id lectoris iudicio laudari, quam nostra praedicatione iactari. tu tamen industria || tua vel petulantiae nostrae crimen excusabis, vel laudis siquid merebimur, amphibis. vale. |

Adgressus nominum regulas breviter explanare et scrupulosam difficilemque materiam adulescentibus perviam facere, quoniam omnis ambiguitas in genere nominis et declinatione consistit, primum latina a graecis discrevi, ne confusione varietatis turbetur memoria; deinde monosyllaba congesta praeposui, quae diversi quidem sunt generis, tertii autem ordinis formulam tribus exceptis secuntur, et sunt fere haec. masculini generis as dens grex flos fons Lars mons mos mus mas praes Mars pons lar pes ros rex sal sol vir vas vadis: ex his unum est secundae declinationis,

32 et sunt fere haec Char. 42, 6. exc. Char. 546, 17

2 lectoribus om. P 4 compulsus P 9 curiosam perscrutationem P 10 dum semper esse numquam (fieri add. f) volunt docti esse non possunt F 11 negotium hoc suscepisse s 14 desiderio P 17 haec fere PF hae fere f s 22 compen | nec F compendiositas nec f 26 merebitur P s amplibis] applicabis g vale om. F s 27 adgressus sum ergo nominum F 32 et sunt uero haec F et sunt fere haec spes res uir P 33 Lars] las F s lar Putschius 34 lar] Nar Putschius. lar ab hoc loco alienum esse perturbatus litterarum ordo, quem contra fidem codicum mutare nolui, indicat. iusto autem ordine restituto ita scribi poterant masculina nomina, as dens flos fons grex glis lar Mars mons mos mus mas praes pons pes etc. est s, om. PF

vir. feminini generis arx ars calx crux cos dos frons gens falx fax faex
glos lux lex lis lens glans [vel glandis] laux mors merx mens nux nix
nex nox pix ops prex pars res spes sors stips stirps trabs vis [grus] urbs
vox nar naris: ex his duo sunt quintae declinationis contra regulam, spes
et res. neutri generis aes crus cor fas far git ir ius mel os pus par tus
fel lac rus ver vas vasis: ex his quattuor minime declinantur, fas git pus
ir; tria in plurali numero deficiunt, nam tres tantum casus habent, far
ius rus [et aes similiter]. communis generis bos dux sus fur grus.
omnis generis haec duo sola, par et trux.

Expositis monosyllabis, cuiuscunque sint generis, de ceteris quot-
libet syllabarum nominibus disseremus, quae his clausulis terminantur,
quattuor vocalibus praeter i, sex semivocalibus praeter f, et una muta t.
de quibus ex ordine regulas subiectas notavimus, exceptis illis videlicet,
quae minime declinantur, fas nefas nihili nugas gummi frugi sinapi pe-
dum nequam. ex his neutri sunt generis fas nefas gummi sinapi pedum,
alia omnis. |

|| DE GENERE ET DECLINATIONE NOMINIS

A terminata masculina sunt propria, ut Sylla Seneca Catilina Cotta
Tucca Agrippa Pansa. pauca sunt appellativa masculini generis, hic
lanista, hic damna, hic talpa, hic popa, hic nauta, hic poeta, hic col-
lega, hic scurra, hic lixa, hic assecla, hic scriba, hic perfuga, hic trans-
fuga, hic homicida, hic parricida, quae alii communis esse generis di-
cunt; et illa quae a verbis colo et gigno componuntur, ut hic caelicola
agricola silvicola, hic terrigena rurigena. reliqua appellativa omnia femi-
nini sunt generis et primae declinationis, ut fortuna sella terra harena
carina habena. neutri generis latina nulla sunt; communis generis haec
sola, [hic et haec pedisequa] advena convena [auriga conviviva verna]. et
omnia primae sunt declinationis. barbara neutri generis duo lecta sunt
apud Sallustium nomina fluminum, hoc Muluccha, hoc Turia.

1 fax fraus fex lens glis lux lex g faex om. P 2 glos] glix PF glis /s
3 prex om. P sors s cors P cors gens chors sors F stips stirpis F stirps stirpis
P 4 nar narris s nus maris F, om. P 5 os s os os PF os ossis os oris g os
oris os f 7 tria] quattuor s. tribus nominibus a grammatico positus postea quartum
additum esse videtur nes, in quo nomine defectus casuum numeri pluralis notatus est in-
fra p. 1707 10 exceptis F monosyllabis cuiuscunque s monosyllabis quae enius-
cumque PF 12 sex] et PFs 13 ex om. F 14 cummi P frugi sinapi om.
F pedum nequam. ex his neutri generis fas nefas gummi pedum alia omnis F
pedum alia omnis P pedum nequam. ex his neutri generis fas nefas nihili nugas gummi
nequam alia omnis s pedum nequam ex istis neutri generis sunt fas nefas gummi si-
napis pedum alia omnis generis sunt g. pedum inter nomina quae unius tantum casus
sunt habet codex Charisii p. 93, 27 10 hic lanista — nauta om. P 20 hic nauta]
navita F 21 perfuga] profuga F s 22 dicunt om. P 23 ut hic et haec cae-
licola F s 26 communis haec sola advena convena et omnia P 27 pedisequa f
pedessequa F 29 mulocha F Muluca s: Sall. Ing. 19, 7 et 92, 5 Turia] cf.
Prob. cath. p. 3, 12. 7, 2

p. 1691. 92 P.

p. 324—25 L.

E finita neutri generis sunt omnia et tertiae declinationis, ut hoc sedile sedilis, monile monilis, rete retis, mare maris.

O littera terminata tertiae sunt declinationis omnia, sed diversi generis. nam quae in o puram desinunt e vocali praeposita, masculini generis sunt, ut hic ganeo aleo labeo, quae nominativum et vocativum solum habent. quae i ante o habent, aut propria masculina sunt, ut Curio Scipio, aut corpus quidem significantia generis sunt masculini, ut hic stellio unio histrio centurio senio curculio quaternio mulio; et omnia o litteram in obliquis casibus productam servant excepto uno, Anio [flumen est Italiae], quod Anienis facit. rem autem incorporalem significantia pleraque a verbis transferuntur et sunt generis feminini, ut haec oratio ratio actio statio hortatio religio. et haec similiter nomina per casus omnes o producunt praeter nominativum et vocativum numeri singularis. praeposita vero o litterae qualibet consonante propria vel appellativa masculini sunt generis, ut hic Carbo Libo praeco mucro || bufo latro homo tiro sermo pavo Cato, excepto uno proprio feminini generis, haec Iuno, et altero appellativo, quod o litteram in obliquis casibus amittit, haec caro carnis. sed duae sunt solae consonantes, g et d, quibus praecedentibus o litteram nomina generis sunt feminini, ut haec imago, haec caligo fuligo origo propago hirundo [aerugo] harundo magnitudo altitudo testudo formido similitudo fortitudo, quae o in i convertunt in obliquis casibus. excipiuntur in utraque generis masculini haec, hic ligo, hic mango, hic praedo, hic udo, hic spado, quae o producunt, et hic cardo, hic ordo, quae superiorem formulam sequuntur. sunt autem quattuor tantum modo quae neutralia esse possunt, quorum pars dimidia declinationem patitur, ut duo et ambo. pondo autem et octo monoptota sunt et tantum pluraliter effertur, ut haec pondo horum pondo.

32 o littera terminata Char. 63, 8. exc. Char. 543, 4 Prob. cath. 9, 25

1 finita om. P 2 rete retis om. F 4 puram g s pura P pure F 5 quae nominativum et vocativum solum habent om. P: cf. Priscian. de accent. p. 522, 30
8 gurgulio F 10 anieanis P anienis F 12 hortatio] portatio F portio f 14 praeposita vero o littera qualibet P praeposita vero b littera vel qualibet F s 15 Libo] ligo F bufo] bubo F s 18 carnis om. P 20 fuligo] oligo P hirundo erugo harundo altitudo testudo similitudo fortitudo quae F hirundo haec arundo magnitudo altitudo et studo formido quae P 22 excipiuntur in utroque gen. mascul. P excipitur neutroque generis masculini F excipiuntur in utroque genere masculina s 23 udo] cudo F s 24 sunt et quattuor PF s sunt quattuor g 27 tantum om. P ut haec pondo horum pondo duo autem P ut haec pondo (nam add. f) unum pondo non di...ci. mus (superscr. vel dici scimus f) sed in libram efferi (efferi f) duo enim et tria pondo et deinceps (deinceps dicere observamus f) vel quotiens de neutro loquamur (loquimur f) correpte dicamus pando (dicimus pondo f) L. Δvomilia naparov.e. I accentu enim longo (s. dicimus add. f) duo homines et ambo homines duae mulieres horum ponderum (duae mulieres et ambae mulieres f) duo autem F ut haec pondo nam unum pondo non dicimus sed in libram efferi potest (non dici sciamus sed in libros referri g) duo enim et tria pondo et deinceps observabimus vel quotiens de neutro loquimur correpte dicimus pondo in accentu (enim add. f) longo duo homines et ambo homines duae mulieres et ambae mulieres dicuntur duo autem g s

[unum pondo non dici sciamus, sed in libram referri. duo enim et tria pondo et deinceps observamus. id quoque observabimus, ut, quotiens de neutro loquamur, correpte dicamus duo milia παρὰ τὸ δύο. in accentu enim longo duo homines et ambo homines, duae mulieres et ambae mulieres dicuntur.] duo autem et ambo etsi correpta esse videantur, 5 tamen accusativo dupliciter efferuntur: namque hos duos et hos duo, item ambos et ambo apud auctores invenimus. communia hi et haec duo hae duae et ambo et ambae, horum duorum et amborum harum duarum et ambarum, duobus et ambobus duabus et ambabus, duos et ambos duas et ambas, duo et ambo, duobus et ambobus duabus et ambabus. 10

V terminata sine controversia neutri generis sunt et quartae declinationis, aptota in singulari numero, in plurali declinantur, et sunt perpauca. e quibus pluralem numerum admittunt genu cornu veru specu tonitru; cetera semper singularia, ut hoc seru gelu pecu testu. dicimus tamen et haec testa et hoc pecus. 15

Al syllaba finita neutri generis et tertiae declinationis, ut hoc animal animalis, hoc vectigal, hoc tribunal, hoc luper|cal. unum est masculini generis monosyllabum, hic sal salis, et barbara propria, ut hic Hannibal Hasdrubal Hiemsal Adherbal. il syllaba terminata masculini sunt generis, hic pugil hic mugil; sed Iuvenalis hic mugilis nominativum 20 dixit: unum communis, hic et haec vigil, unum feminini, haec Tanatquil: et omnia exemplo tertiae declinationis inflectuntur. [ol unum invenitur masculini generis, ut hic sol.] ul syllaba finita duo sunt masculini generis, hic consul, hic praesul, unum communis, hic et haec exul: 'exul adhuc iacet umbra ducis': et sunt tertiae declinationis, con- 25 sulis exulis praesulis.

Vm syllaba terminata generis sunt neutri et secundi ordinis, ut hoc telum teli, caelum caeli, bellum belli, regnum regni, fatum fati. in hac extremitate nulla sibi locum ambiguitas vindicat.

En syllaba finiuntur i vocali praeposita duo tantum modo generis 30

1 unum pondo Char. 35, 21. exc. Char. 551, 10 11 u terminata Char. 31, 4.
35, 30 16 al syllaba Char. 25, 15 20 hic mugil Char. 107, 6. 136, 22
23 ul syllaba Char. 30, 11. exc. Char. 544, 5 30 en syllaba Char. 28, 12. exc.
Char. 541, 22

5 etsi communia esse videantur Lindemannus 6 accusatio g in accusatio f §
in accusativum PF efferunt P 7 communia (communi F) hic et haec duo vel
duae et ambo et ambae horum duorum et amborum (et amborum om. F, add. f) et
duarum et ambarum duobus et ambobus (duabus et ambabus add. f) duos et ambos
duas et ambas duo et ambo (duae et ambae add. f) duobus et ambobus duabus et
ambabus PF 12 et sunt perpauca quibus P ut sunt p paucae quibus F et sunt per-
pauca quae f § 15 haec testea F et haec pecua § 19 asdrubal P hasdrobal F
el neutri generis sunt ut mel et fel. il syllaba terminata § 20 iuvenalis hic mu-
gilus F: Iuven. sat. 10, 317 22 ol — sol om. P, add. Fg § 24 hic et et haec
exul adhuc iacet umbra ducis lucanus F: Lucan. Pharsal. VIII 837 30 en syllaba
quae finiuntur § generis masculini (masculini generis §) sunt ut hic rien F §

p. 1693. 94 P.

p. 326. 27 L.

masculini, hic rien rienis, hic lien lienis, quae in obliquis casibus e litteram productam servant, et septem alia eiusdem generis antepositis consonantibus, hic flamen [sacerdos Iovis], hic pecten, hic tibicen, hic fidicen, hic liticen, hic tubicen, hic cornicen. cetera neutri sunt generis procul dubio et tertiae similiter declinationis, ut hoc carmen carminis, nomen nominis, limen certamen numen omen crimen examen gluten glutinis et his similia.

Ar syllaba terminata generis sunt neutri omnia, ut hoc lucar, hoc torcular, hoc pulvinar, hoc laquear, hoc lacunar, praeter unum proprium generis masculini, hic Caesar. haec quoque tertiae declinationis formulam secuntur. sed neutra in obliquis casibus a productam habent; notatur iubar, quod solum a correptam habet, ut Vergilius 'iubare exorto'. |

Er syllaba finita exceptis duobus feminini generis, haec mater et haec mulier, et neutris his, hoc uber, hoc tuber, hoc suber, hoc || papaver, hoc cadaver, hoc laser, hoc siler, hoc iter, hoc cicer, hoc siser, quae omnia tertiae sunt declinationis, cetera masculini sunt generis, alia secundae, alia tertiae declinationis. masculina igitur in er syllabam desinentia, si faciunt ex se feminina a littera terminata, secundi sunt ordinis, ut hic pulcher pulchri, ater atri, niger nigri; quorum feminina sunt pulchra atra nigra. notatur sequester: facit femininum sequestra et est tertiae declinationis. quae ex se aut nulla faciunt feminina aut in is syllabam mittunt, tertiae sunt declinationis, ut hic pater patris, hic frater fratris, passer passeris, anser anseris, carcer carceris, agger aggeris, hic acer huius acris: nam femininum haec acris facit, ut Horatius 'solvitur acris hiems': hic alacer alacris, volucer volucris, mediocer mediocris, celer celeris, equester equestris, pedester pedestris. excipiuntur pauca, quae, quamvis in femininum genus a terminatum minime transeant, secundae tamen sunt declinationis, ut hic puer pueri, hic generi, hic socer soceri, Liber Liberi, liber libri, Auster Austri, aper apri, cancer cancri, oleaster oleastri, caper capri, culter cultri, raster rastri, fiber fibri. unum invenitur communis generis, quod iuxta rationem communium tertii est ordinis, hic et haec pauper pauperis. quidam adiciunt hic et haec uber uberis.

8 ar syllaba Char. 26, 11 exc. Char. 540, 40 12 iubar Prob. cath. 11, 34
14 er syllaba Char. 23, 33, 84, 12

4 hic liticen hic tubicen om. P 6 omen crimen] certamen P 9 praeter haec propria generis masculini ut hic caesar P 12 quod solus correptam habet F quae sola a correptam habent P iuare exorto P: Verg. Aen. III 130 17 alia secundae & aliae secundae PF 21 sequester quod sequestra facit femininum et est (est om. F) tertiae F & 22 in is syllaba P 24 agger aggeris] ager ageris P 25 Horatius] carm. I 4, 1 26 mediocer mediocris celer celeris om. P 27 sequester sequestris F 32 fiber fibri] faber bri & faber g 34 adiciunt f adiciunt & dicunt PF

Ir syllaba terminatur unum monosyllabum generis masculini secundae declinationis, hic vir huius viri, et siqua ex illo componuntur, ut hic semivir triumvir septemvir decemvir levir, quae eiusdem sunt declinationis. unum praeterea neutri generis repertum est et monosyllabis insertum, hoc ir indeclinabile.

Or syllaba finita masculini sunt generis et tertiae declinationis, ut hic odor odoris, hic amor amoris, liquor liquoris, exceptis tribus, quae sexum sibi femininum defendunt, eiusdem tamen declinationis, haec uxor, haec soror, haec arbor, et neutris his, hoc ador, hoc || marmor, hoc aequor. quidam et hoc ebor, hoc robor, hoc femor rationabiliter adnumerant. unum est communis generis, hic et haec auctor, unum omnis generis, hic et haec et hoc memor, et compositum ex eo immemor. et omnia in hanc syllabam desinentia o in obliquis | casibus productam habent, si sint appellativa et latina, exceptis arbor et supra scriptis neutris et memor et immemor. propria latina sive graeca o correptam habent in omnibus casibus, ut Actor Actoris, Hector Hectoris. quae in or similiter desinunt i littera vocali praeposita, communis sunt generis eiusdem declinationis, tertiae scilicet, et omnia comparativi sunt gradus, hic et haec melior melioris, doctior doctioris.

Vr syllaba finita generis masculini haec sunt, hic fur, hic satur. sed fur quidem iuxta rationem monosyllaborum tertiae est declinationis, quod alii communis generis esse dixerunt; satur autem secundae, quoniam femininum satura facit. praeterea hic turtur, hic vultur generis masculini et epicoeni declinationis tertiae. cetera neutri sunt generis eiusdem declinationis, ut hoc guttur, hoc sulphur, hoc fulgur, hoc murmur, hoc iecur iecinoris vel iecoris. unum communis est generis, hic et haec augur auguris.

As syllaba terminata feminini sunt generis et tertiae declinationis, ut haec dignitas pietas facultas civitas potestas, a littera in omni casu producta. pauca inveniuntur masculini generis partim propria, partim a propriis civitatum nominibus translata, ut hic Larinas Larinatis, hic Maecenas Maecenatis, hic Arpinas Arpinatis, hic Capenas Capenatis.

1 ir syllaba Char. 24, 19 exc. Char. 540, 14 6 or syllaba Char. 85, 23 exc. Char. 543, 28. Prob. cath. 12, 13 20 ur syllaba Char. 30, 13. 86, 15 exc. Char. 544, 6 28 as syllaba Char. 26, 26

1 [r] is P terminatum unum F 3 semivir duumvir triumvir 5: semivir decemvir quae P 7 hic odor odoris hic olor ris hic amor 8 sexum in (corr. al. man., ut videtur, sexum sibi) femininum defendunt P sexus in femininum genere defendit F sexus in feminino genere defendit f 9 sexus feminini generis defendit g 10 quidam (quidam om. 5) hoc ebor hoc robor quidam et hoc femor rationabiliter adnumerant F 14 excepto F 5, corr. al. man., ut videtur, -tis P suprascriptis neutris et (et om. F) memor et immemor F 5 suprascriptis memor et immemor P 15 graeca o correptam corr. al. man., ut videtur, graeca quae o correptam P 24 epicoenon et eadem (et eiusdem f) declinationis tertiae F 31 hic ante Maecenas om. PF 32 hic capienas capienatis F: hic om. P

p. 1695—97 P.

p. 328. 29 L.

Es syllaba quattuor modis nomina terminantur, in es productam praeposita consonante, in es correptam similiter praecedente qualibet consonante, in es puram productam i vocali praeposita, in eandem puram correptam. nomina igitur quae in es productam desinunt consonante
 5 praeposita generis sunt feminini tertiae declinationis et totidem syllabis in genitivo et ceteris casibus quot in nominativo proferuntur, ut haec nubes nubis, caedes caedis, proles prolis, moles molis, strages stragis, labes labis, pubes pubis, plebes plebis, exceptis tribus, quae eiusdem generis sunt, sed quintae declinationis, ut haec fides fidei, spes spei, res rei, et
 10 Ceres, quod in genitivo contra morem omnium plus una syllaba profertur (nam Cereris facit), et merces mercedis. in hac extremitate quattuor reperiuntur propria masculini generis eiusdem ordinis, hic Hercules Herculis, Cocles Coclus, Verres Verris, Vlixes Vlixis, et quae componuntur a pede nihil a declinatione simplicis discrepantia, ut | bipes tripes quadrupes (haec etiam
 15 communis esse generis multi adfirmant) sonipes alipes. duo praeterea communis sunt generis, quae in genitivo una syllaba ad crescunt, hic et haec heres heredis, locuples locupletis. quae es correpta terminantur praeposita consonante, masculini sunt generis tertiae similiter declinationis et una syllaba in genitivo crescunt, ut hic poples poplitis, hic fomes
 20 fomitis, hic miles militis, hic gurgus gurgitis, hic stipes stipitis, hic cespes cespitis, hic hospes hospitis (nam femininum hospita facit), exceptis his, feminini quidem generis haec seges segetis et teges tegetis, communis vero, accidentibus licet, hic et haec teres, hic et haec praepes, hic et haec dives, hic et haec comes, hic et haec hebes sospes
 25 superstes. et omnia genitivum in tis syllabam mittunt. notantur haec sola, quae in dis, non in tis faciunt genitivum, hic et haec praeses praesidis, reses residis, deses desidis, obses obsidis. quae in es productam et puram desinunt, feminini sunt generis declinationis quintae, ut haec facies faciei, acies aciei, effigies effigiei, excepto uno incerti generis,
 30 quod nunc masculinum est, nunc femininum, ut hic vel haec dies dici, et quod ex eo figuratur masculini generis, hic meridies meridiem. unum praeterea notatur eadem clausula finitum generis feminini tertiae declinationis, haec quies quietis. quae in es correptam i praecedente vocali

1 es syllaba Char. 28, 27, 39, 23, 68, 34 cxc. Char. 541, 30

1 est syllaba P in es productam g s in productam P idē in (superscr. es) productam F 2 in correptam P 3 in eodem puram corr. in eandem es puram F
 5 feminini (et add. P s) tertiae declinationis totidem P F s 8 pubes pubis F s
 tabes g, om. P excepto uno quod eiusdem generis est sed quintae declinationis ut
 haec fides fidei et ceres F s 11 in extremitate F in eadem extremitate s in extremitate
 eadem g 14 quadrupes P 18 consonantem P 21 hospita facit f s hospitam facit
 P hospitae facit F 22 haec seges segitis (segetis f) teges tegitis (tegetis f) F haec
 teges tegis et seges segetis P 23 communis uero accidentia licet haec teres P
 24 hic et haec dives hic et haec comes sospes hic et haec hebes superstes P hic et
 haec dines hic et haec hebes comes comitis sospes sospitis superstes F

desinunt, duo sunt masculini generis, hic aries, hic paries; unum feminini, haec abies; et tertiae sunt declinationis: faciunt enim genitivum arietis parietis abietis.

Is syllaba finita praepositis n et e consonantibus masculini sunt generis, hic panis, hic funis, hic finis, hic annis, hic ignis, hic clunis, hic piscis, hic fascis. unum feminini est generis, haec bipennis, unum communis, hic et haec canis. omnia tamen tertiae sunt declinationis. et illa generis sunt masculini, quae in genitivo una syllaba ad crescunt, ut hic lapis lapidis, hic pulvis pulveris, hic sanguis sanguinis, hic vomeris vomeris, hic cinis cineris, hic pollis pollinis, hic pubis puberis, hic in-¹⁰ pubis inpuberis, ut Tullius 'filiumque eius inpuberem'. ex his unum | tamen femini est generis, haec cuspis cuspidis. cetera qualibet consonante is syllabam praecedente feminini generis sunt et eiusdem declinationis, tertiae scilicet, nominativum et genitivum parem habentia, ut haec avis, haec classis, haec clavis, haec turris, haec puppis, haec cutis,¹⁵ haec pellis, haec securis, haec messis, haec navis, haec scrobis, haec scobis, haec bilis. sed si sunt accidentia, id est ad corpus vel ad animum pertinentia, universa communis sunt generis et tertii similiter ordinis et neutra ex se faciunt e littera terminata nihil a declinatione communium discrepantia, hic et haec fortis huius fortis, hoc forte huius²⁰ fortis; hic et haec dulcis huius dulcis, hoc dulce huius dulcis; hic et haec suavis huius suavis, hoc suave huius suavis. et quae derivantur a principalibus is syllaba finita, eandem regulam sequuntur, ut a populo hic || et haec popularis huius popularis et hoc populare huius popularis, hic et haec specialis hoc speciale et similia. sunt praeterea²⁵ pauca nomina eadem clausula generis masculini, quae neque n aut c ante is syllabam habent, nec in genitivo plus una syllaba proferuntur, ut hic fustis, hic ensis, hic postis, hic anguis, hic unguis, hic collis, hic follis, hic corbis, hic mensis, hic vectis, hic torquis, hic torris, hic axis, hic orbis. praeter haec et quae superius notavimus omnia aut³⁰

4 is syllaba Char. 41, 24. 88, 29. 20, 20. ecc. Char. 542, 26. 555, 25

1 desinunt masculini hic aries P 3 abietis, es productam aut correptam nomina habere dignoscuntur per penultimam genitiui, sic miles, es correptam habere dignoscitur, quia penultimam genitiui correptam habent, ut miles, huius militis: sic heres es productam, quod penultimam genitiui productam habeat, ut heres huius heredis, atque id ita in omnibus fere observandum est, ubi de ultimae syllabae quantitate dubitatur, ut in nominibus, ita et in verbis. is syllaba Putschius 5 clunis] clyanis P 6 bipennis F 7 unam P 10 hic puvis pueris hic inpuvis inpueris ut tullias P hic pubis puberis ut tollius FG: Cic. in Catil. III 6, 13. cf. Prob. cathol. 20, 4 inpuerem P 11 tamen] tantum F est om. P 14 nominativum et genitivum g: et om. PF 15 haec classis clavis PF 16 haec scobis haec bilis om. P 17 animam PFg 20 hoc forte fortis hic et haec dulcis et (et om. P) hoc dulce dulcis hic et haec suavis et (et om. F) hoc suave huius suavis PF 25 et similia] et quae similia sunt F 26 eandem clausulam P 28 hic fustis haec postis P hic unguis om. P 29 hic torquis hic orbis praeterea et quae superius nominavimus F

p. 1698. 99 P.

p. 330. 31 L.

feminini sunt generis aut communis. nam super declinatione nulla est ambiguitas.

Os finita monosyllaba tria sunt generis masculini, hic mos, hic flos, hic ros; duo feminini, haec cos, haec dos; unum neutri, hoc os oris: 5 quidam et hoc os ossis adiciunt [unum communis hic et haec bos]; et omnia secundum definitam superius regulam monosyllaborum tertiae sunt declinationis: disyllaba tria, quorum duo masculini sunt generis, unum communis, eiusdem declinationis, hic lepos leporis, hic nepos nepotis, hic et haec custos custodis; similiter hic et haec sacerdos sacerdotis.

10 Vs syllaba terminata nomina masculini sunt generis aut feminini aut neutri; tantum unum est omnis tertiae declinationis, hic et haec et hoc vetus veteris. sed masculini generis nomina aut secundae sunt declinationis aut quartae exceptis duobus, quae sunt tertiae, hic Ligus Liguris et hic lepus leporis. sed illa masculina secundae declinationis [accipiunt 15 formulam, quae aut propria sunt aut in femininum genus transeunt, ut hic Tullius Tullii, clarus *clari* (facit enim clara); illa quartae, quae aut a verbis veniunt aut in femininum genus non transeunt, ut hic ascensus huius ascensus a verbo ascendo, hic motus huius motus, hic nisus huius nisus, hic portus huius portus, hic arcus huius arcus, quae in femininum non 20 transeunt. sed quoniam plurima inveniuntur, quae nec a verbis veniunt [nec minus quartae sunt] neque feminina ex se faciunt, et tamen secundae sunt declinationis, discernendae ambiguitatis causa diligenti inquisitione subiectas notavimus regulas, quo facilius declinationis diversitas deprehendi possit. ergo us syllaba terminata nomina masculini generis 25 propria vel appellativa, sive feminina ex se faciunt, sive in aliud genus minime transformantur, secundae sunt declinationis, ut Terentius Terentii, Marcus Marci, bonus boni, campus campi, hortus horti, fumus fumi, nidus nidi, fungus fungi, mergus mergi, somnus somni, lucus luci. duo notantur, quae superius posuimus tertiae declinationis us syllaba terminata eiusdem generis, hic Ligus Liguris, hic lepus leporis. quae a verbis aut nominibus veniunt principalibus, quartae sunt declinationis, ut hic status huius status, hic ductus huius ductus, hic motus huius motus, hic consulatus huius consulatus, hic tribunatus huius tribunatus, hic ma-

3 os finita Char. 30, 6. 91, 31. exc. Char. 543, 37 10 us syllaba Char. 21, 18. 44, 21. exc. Char. 538, 30

3 os finita syllaba F 5 unum communis hic et haec bos om. PF, add. 5
8 lepus P 13 hic ligus liguris lepus leporis P hic ligus ligoris hic lepus leporis F
hic liguris ris et hic lepus ris 5 15 quae aut (aut om. 5) in femininum genus
transseunt illa quartae F 16 hic tullius tullia clarus facit P 21 nec minus]
nec nomina corr. nec a nomine F nec nihilo minus g 23 subiecta notavimus
regulam P 28 duo om. P 30 ligus ligoris F 33 hic consulatus huius
consulatus hic tribunatus magistratus equitalus principatus notantur P consulatus tri-
bunatus equitalus magistratus sequestratus principatus nisus nisus notantur g hic
consulatus huius consulatus hic tribunatus huius tribunatus (hic magistratus huius in

gistratus huius magistratus, hic equitatus huius equitatus, hic principatus huius principatus, hic receptus huius receptus, hic visus huius visus. notantur haec, quae nec a verbis veniunt nec a nominibus derivantur, et tamen quartae sunt declinationis, generis masculini, hic arcus huius arcus, hic acus gradus fastus caestus aestus portus lacus vultus sinus cur-⁵ rus [hic cultus] luxus senatus astus rictus ritus fetus situs. feminini generis eadem extremitate finita secundae declinationis sunt tria tantum, haec colus coli, haec alvus alvi, haec humus humi; et nomina arborum quae in eandem syllabam desinunt, haec pirus piri, haec prunus pruni, haec pinus pini, haec fagus fagi, haec taxus taxi, haec fraxinus fraxini,¹⁰ haec ulmus ulmi, haec alnus alni: tertiae pauca haec tantum, tellus telluris, salus salutis, palus paludis, iuventus iuventutis, virtus virtutis, senectus senectutis, servitus servitutis, Venus Veneris: quartae haec tantum, haec anus huius anus, haec manus huius manus, haec porticus huius porticus, | haec domus huius domus, haec nurus huius nurus, haec so-¹⁵ crus huius socrus, haec quercus huius quercus. neutra illa sunt, quae in genitivo una syllaba crescunt et in ris desinunt, ut hoc decus decoris, hoc sidus sideris, hoc pondus ponderis, hoc pecus pecoris, exceptis tribus, quae secundae sunt declinationis correpta us syllaba, hoc vulgus || vulgi, hoc virus viri, hoc pelagus pelagi. alia omnia masculini sunt ge-²⁰ neris et declinantur exemplo secundae declinationis aut quartae iuxta definitas superius regulas.

Ax syllaba terminata unum masculini generis proprium, hic Ajax, unum femininum, haec fornax, alia omnia sunt accidentia et trium generum, ut hic et haec et hoc audax rapax fallax loquax pertinax minax²⁵ procax contumax pervicax; et omnia ad instar tertii ordinis declinantur et a in obliquis casibus productam habent.

Ex syllaba finita masculini sunt generis declinationis tertiae, ut hic vertex verticis, hic culex culicis, hic pollex pollicis, hic codex codicis, hic cortex corticis, hic murex muricis; feminini generis haec sola, haec³⁰ silix, ut Vergilius 'ah silice in nuda', haec ilex ilicis, haec carex

23 ax syllaba Char. 27, 12. exc. Char. 541, 18
exc. Char. 542, 14

28 ex syllaba Char. 88, 5.

ⁱ
littera f) magistratus eqstratus (corr. eqstratus) principatus hic receptus huius receptus hic visus huius visus notantur F 5 haec acus F, om. s fastus] fructus F s 6 astus] aestus F 12 virtus virtutis om. P 16 huius socrus et huius quercus om. PF 21 iuxta definitas superiores regulas F definita superius regulas P 23 terminata corr. al. man. -tur P 24 accidentiae trium P 25 loquax micax pertinax minax g 27 et a in obliquis s etiam in obliquis P i a obliquis F 28 ut hic vertex verticis, hic culex cis, codex cis, latex, sorex, pollex cis, hic cortex cis, hic murex cis s ut hic vertex cis culex codex pelex cortex apex latex murex g 29 hic codex codicis om. F 31 asilicæ innuda F: Verg. bucol. 1, 15 haec ilex ilicis hic carex caricis F haec ilex ilicis carex caricis et haec supellex supellectilis Putschius

p. 1700. 01 P.

p. 332. 33 L.

caricis. si sint accidentia, omnis generis sunt nihil a declinatione discrepantia: nam sunt tertiae declinationis, ut hic et haec et hoc simplex duplex artifex opifex aurifex, et omnia in genitivo et ceteris casibus e litteram in i convertunt. unum reperitur masculini generis quod e producit in obliquis casibus, hic vervex vervecis. ix syllaba terminantur masculini generis haec, hic calix calicis, hic fornix fornicis, hic varix varicis; feminina haec, haec salix, haec filix, haec radix, haec cervix, haec matrix, haec cornix, haec lodix [obstetrix obstetricis]. ex his posteriora quinque i producant in obliquis casibus. accidentia trium generum sunt, ut hic et haec et hoc felix felicis, hic et haec et hoc pernix. in eandem syllabam praepositis consonantibus, quarum prior muta, altera liquida est, nomina feminini generis desinunt, quae a masculinis tor syllaba finitis et a verbo venientibus figurantur, ut hic genitor haec genetrix, hic venator haec venatrix, hic bellator haec bellatrix, hic victor haec victrix. unum eadem clausula terminatur generis masculini, nomen serpentis apud Lucanum lectum, 'et natrix violator aquae'; duo feminini, quae a masculinis non veniunt, haec meretrix, haec cicatrix. omnia || tamen procul dubio tertiae sunt declinationis. | ox syllaba finita exceptis monosyllabis omnia accidentia sunt generis omnis, ut hic et haec et hoc ferox atrox velox. sed iuxta rationem saepius demonstratam haec quoque eiusdem declinationis legibus subiacent. unum feminini generis haec extremitate lectum apud Plautum est, haec celox, quod scapham significat [navis]. ux syllaba terminatur unum masculini generis proprium, hic Pollux Pollucis. monosyllaba cuius sint generis, definivimus [feminina monosyllaba lux nux crux]. quidam communis generis hae syllaba finitum asserunt hic et haec coniux, qui nominativum sine n littera proferri volunt, quia in genitivo et aliis casibus eadem littera non servatur.

T littera muta unum nomen terminatur generis neutri, hoc caput capitis, et quae ex eo componuntur, occiput occipitis, sinciput sincipitis: 30 Persius 'et fissa fumosum sinciput aure'.

6 ix syllaba Char. 29, 23. 44, 3. 91, 22. exc. Char. 542, 38 19 ox syllaba Char. 92, 17. exc. Char. 544, 1 23 ux syllaba Char. 30, 21. 87, 8. exc. Char. 544, 10 29 t littera Char. 30, 20

3 et omnia quae in genitivo F 7 haec filix & haec felix F, om. P 8 obstetrix obstetricis om. Fg 9 quinque Putschius quattuor Fg, om. P 12 desinunt in ix quae Fg 13 hic genitor haec genetrix bellator uenator bellatrix hic victor haec victrix haec uenatrix unum P 16 apud Lucanum lectum ē ut natrix F apud Lucanum libro VIII lectum est et natrix Putschius: Lucan. Pharsal. VIII 720 violator aquae] violatur quae F 19 omnis sed iuxta rationem saepius (superius &) demonstratam ut hic et haec et hoc ferox atrox velox haec quoque PFg 22 hac extremitate & haec extremitate PF est om. P 23 scapham navis significat g: navis om. & 24 cuius sunt generis definivimus P cuius sunt genera definivimus F cuiuscumque sint generis diffinivimus & 25 feminina — crux om. P 29 et quae ex eo componuntur & et quod ex eo componuntur P: et quod ex eo componitur sinciput. NIM. occiput. occipitis sinciput sincipitis F 30 Persius satyra sexta Putschius: Pers. sat. 6, 70 et fissa fumosum (fomousum f) sinciput sinciput aure F sinciput P

Quae in duas desinunt consonantes exceptis, ut saepius dictum est, monosyllabis, si sint accidentia, trium generum sunt, et tertiae remota ambiguitate declinationis, ut hic et haec et hoc ingens ingentis, hic et haec et hoc caelebs caelibis, hic et haec et hoc inops inopis, hic et haec et hoc sollers sellertis, hic et haec et hoc concors concordis, hic et haec et hoc potens potentis. pauca sunt masculini generis propria, hic Mavors Mavortis, hic Arruns Arruntis; pauca appellativa, quorum alia masculini sunt generis, alia feminini, hic adeps adipis, haec cohors cohortis, haec hiems hiemis et similia.

Expositis latinorum nominum regulis graecorum quoque tractanda est declinatio, quoniam plerumque his utimur in sermone, et maxime propriis, quae in usum latinae linguae admissa sunt, ut etiam certis definienda sint regulis. memineris autem omnia graeca nomina propria vel appellativa aut primae esse declinationis aut secundae aut tertiae generis masculini feminini neutri. sed primae quidem et secundae declinationis masculina et feminina reperiuntur, tertiae autem masculina feminina neutra. ||

| Quaecumque nomina as vel es syllabis terminantur, si apud Graecos genitivum in *ov* mittunt, apud nos primae sunt declinationis, ut hic Aeneas Aeneae, Lysias Lysiae, Amyntas Amyntae, Damoetas Damoetae, Orestes Orestae, Pylades Pyladae, omnia masculini generis. item dissyllaba flexa, quae s littera adempta faciunt apud illos genitivum, similiter apud nos eiusdem sunt declinationis, ut Antas Antae, Menas Menae. quae accusativum singularem in *n* potius quam in *m* mittunt, ut Aenean Anchisen Lysian. simili ratione patronymica declinantur, ut hic Priamides Priamidae, Pelides Pelidae, hunc Priamiden Peliden. graeca autem feminina, quae a littera finiuntur, primae sunt declinationis, ut haec Medea Medae, Phaedra Phaestrae, Andromeda Andromedae. et quae in *e* productam apud illos desinunt, apud nos *e* in *a* conversa eiusdem sunt de-

18 quaecumque nomina as vel es Char. 19, 6. 41, 2. 66, 11. exc. Char. 537, 27. 544, 18

2 tertie ordinis remota F tertii ordinis remota f 3 4 inopis solers solertis concors concordis hic et haec et hoc potens pauca F inopis sollers sellertis concors concordis pauca P 5 censors consortis 5 8 adipis om. P 9 similia exple. de LATINORUM NOMINUM INCIPIT GREGORUM Expositis P 18 as vel es uel a syllaba 5 19 ut o Alveas τοῦ Ἀλυσίου hic Aeneas neae. o Alveas τοῦ Ἀλυσίου Lysias Lysiae. o Amyntas τοῦ Ἀμύντου Amintas tae. o Damoetas τοῦ Δαμόετου Damoetas Damoetae. o Kleanthes τοῦ Κλεάντου Cloantas Cloantae. exceptis his o Iωάννης τοῦ Ἰωάννου Iohannes Iohannis o Ὀρόντης τοῦ Ὀρόντου Orontes Orontis. o Ὀρέστης τοῦ Ὀρέστου Orestes Orestis. o Ἡρώδης τοῦ Ἡρώδου hic Herodes Herodis. o Πυλάδης τοῦ Πυλάδου Pylades Pyladis omnia masculini generis sunt 5 20 dametas dametae (pylades piladae add. f) exceptis his Iohannes Iohannis orontes orantis orodes orestes pelides omnia F Orestae om. P 21 item illa flexa quas (quae s f) littera adempta F item illa quae flexa s littera adempta P 23 quae et accusativum singularem in *e* n potius quam in *m* syllabam ut anchisen lisan F 26 autem om. P 27 ut medea phaedra medeae phaestrae P ut haec meda feda meda fede F

p. 1702. 03 P.

p. 334. 35 L.

clinationis, ut Circe haec Circa huius Circae, Andromache Andromacha, aut secundum graecam declinationem inflectuntur integro nominativo casu, ut haec Libye huius Libyes: sic Lucanus

finibus extremis Libyes ubi fervida tellus.

- 5 Secundae declinationis graeca masculina vel feminina, quae os syllaba brevi terminantur, o littera in u mutata apud Latinos secundi ordinis declinationem secuntur, ut hic Homerus Homeri, Hyginus Hygini, haec Tyrus Tyri, haec Berytus Beryti, Cyprus Cypri, Pontus Ponti. item quae apud illos in εὐς syllabam desinunt, sunt autem masculina propria, 10 eiusdem declinationis, ut hic Peleus Pelei, Tydeus || Tydei, Oeneus Oenei. haec dativum singularem duplicem habent: nam et Peleo et Pelei dicimus et Orpheo et Orphei, ut Vergilius 'Orphei Calliopea Lino'. sed hoc graecae est, illud latinae declinationis. accusativum tamen graecum habent, ut Pelea Atrea. item illa quae apud Graecos in γρος in δρος 15 in κρος in τρος syllabas | desinunt postrema syllaba in er conversa eiusdem sunt declinationis, ut Μελέαγρος hic Meleager Meleagri, Μένανδρος hic Menander Menandri, Τεῦκρος hic Teucer Teuceri, Ἀντίπατρος hic Antipater Antipatri. excipiuntur quaedam in grus et drus et trus syllabas desinentia, quae nominativum non mutant in er, nihil tamen a de- 20 clinatione dissentiunt, Andrus congrus Petrus.

In or nomina masculina propria desinunt et tertiae sunt declinationis, ut Hector Hectoris, Nestor Nestoris, Mentor Mentoris. in his omnibus o in omni casu corripitur.

- In as masculini generis desinentia, si apud illos genitivum in os 25 mittunt, nos tertiae declinationi applicamus, ut Θόας Θόαντος, nos Thoas Thoantis, Acamas Acamantis, Atlas Atlantis, Mimas Mimantis, gigas gigantis. et feminina similiter eadem syllaba terminata tertiae sunt decli-

8 item quae apud illos in εὐς Char. 41, 16 14 item illa quae apud Graecos in γρος Char. 24, 3. 82, 16. 84, 16. exc. Char. 540, 1 21 in or Char. 43, 28. 86, 1 exc. Char. 543, 33 24 in as Char. 26, 27. 46, 14. exc. Char. 541, 8. Prob. cath. 18, 4

2 inflectuntur inter (in ε) nominativum casum F§ 3 sic Lucanus libro IX Putschius, om. P: Lucan. Pharsal. VIII 624 4 finibus corr. finibus F 5 secundae declinationis sunt greca F§ 9 autem om. ε 10 ut hic pellens pelley tydeus tydei aeneus aeney F ut hic Peleus pelei Tydeus tydei Aeneus aenei orpheus orphei ε 11 nam et pelei et peleo dicimus et orphoeo et orphei et uergilius orphi calliopea P nam et peli et pelio dicimus orfeo orfei (corr. orfi) ut uergilius orfi calliope F nam et peli et peleo dicimus orpheo orphi ut Virgilius Orphi calliopea ε: Verg. bucol. 4, 57 14 ut pelia tertia (corr. teria) F ut pelea tydea ε 15 syllabam desinunt P syllabam mittunt F§ 18 excipiuntur quaedam (quidem F) in grus in brus in drus et in (in om. F) trus syllaba desinentia F§ 20 dissentiant scombrus (scobrus F) andrus gongrus petrus F§ Andrus] angrus P petrus TERTIE DECLI in or P 22 mentor mentoris actor actoris ε 25 uthoas coantac (coantac f) thoas thoantis AKAMAC acamantis athlas athlantis minas minantis cicas cicantis gigas (corr. gigas) gigantis F ut Θόας Θόαντος toas toantis ἄτλας ἄτλαντος atlas atlantis μάλας μάλας meuas menadis gigas gigantis ε 26 Minas Mimantis] minas minantis P

nationis, ut Pallas Palladis, Thyas Thyadis, orchas orchadis. in es propria masculini generis desinunt. quorum si Graeci genitivum in *ovs* efferunt, simili modo Latini tertii ordinis exemplo declinant, ut *Ἀηροσθένης Ἀηροσθένους* Demosthenes Demosthenis, Polynices Polynicis, Diogenes Diogenis. quae circumflexo accentu pronuntiantur, in suo statu haec remanent et graecam declinationem secuntur, ut hic Eumenes huius Eumenes, hic Euprepes huius Euprepis; quamquam quidam sic declinari maluerunt, Eumenes Eumenetis, Euprepes Euprepetis [Eumenes Eumenis, Euprepes Euprepis]. quae in *os* genitivum mittunt, similiter declinantur, ut Dares Daretis, Chremes Chremetis: dicimus autem et Chremis: Diore Dioris, Antores Antoris. in is tam masculini generis quam feminini desinunt eiusdem declinationis, ut hic Daphnis Daphnidis, Thybris Thybridis, et feminina, haec Thais Thaidis, Lais Laidis, Isis Isidis, Hesperis Hesperidis; et omnia genitivum in dis syllabam mittunt excepto uno Simois, quod Simoentis facit genitivum. in us masculini generis propria figurae compositae desinunt tertiae declinationis, hic Melampus Melampodis, Oedipus Oedipodis. | in ys propria masculini generis tertiae declinationis, hic Capys Capyis, Panthys Panthyis.

O littera finita propria sunt generis feminini, quae translata in latinam linguam nihilo minus graecam declinationem obtinent, ut Dido Manto Erato Ino Calypso Themisto. declinantur enim hoc modo, haec Dido, huius Didus, huic Dido, hanc Dido, o Dido, ab hac Dido. errant enim qui Didonis aut Mantonis genitivum dicunt, cum et vocis asperitas et veterum auctoritas eius modi declinationem repudiat.

In on masculini generis propria desinunt, quae genitivum aut in *os* aut in *tos* mittunt apud Graecos: ea nos tertiae declinationis esse asserimus, ut Sinon Sinonis, Damon Damonis (haec interdum apud Latinos demutata novissima n littera proferuntur), Laocoon Laocoontis, Hippo-

1 in es Char. 41, 2. 68, 28 exc. Char. 542, 3 11 in is Prob. cath. 18, 24
15 in us Prob. cath. 27, 4 17 in ys Prob. cath. 27, 6 19 o littera Char. 63,
17. 64, 14. exc. Char. 543, 19. Prob. cath. 9, 33 25 in on Char. 64, 20 exc.
Char: 543, 20

1 pallidis P orchas orchadis] oreas dis & in es longa propria masculinis generis P 2 in ovc efferuntur P in us efferunt F 4 Diogenes — pronuntiantur hoc loco om. P 5 et quae circumflexu accentu F 6 secuntur om. P 7 declinari maluerunt eumenetis euprepetis Diogenes Diogenis. quae circumflexo accentu pronuntiantur ut eumenes eumenis euprepes euprepis quae in oc genitivum P declinare voluerunt eymenes eimentis eyprepes eyprepetis eyticetis et quae in (his add. f) genitivum F declinare voluerunt Eumenes eumeneis Euprepes euprepetis. et quae in tis genitivum & 10 chermemes chermmetis dicimus autem et chremmis (corr. chremis) diore Dioris antor antoris F dicimus autem et Chremis om. P 11 generis om. P eius declinationis P 17 hic capys Lapyis panthyis P ut hic capis capyis panthys panthyis F ut Capis capis pantis pantis & ut Capys Capyis Phorcys Phoreyis Putschius 21 haec dido didoys didoe dido o dido ab hac dido F haec Dido didols didoi didoe ab hac didoe & 23 genitivum] qui P 28 demutata] mutata F&

p. 1704. 05 P.

p. 336 37 L.

coontis. et quae in *os* genitivum mittunt, paenultima syllaba *o* productam habent in obliquis casibus; quae in *tos*, correptam, exceptis duobus, quae in *os* genitivum efferunt et *o* corripunt, Memnon Memnonis, Agamemnon Agamemnonis. in *an* masculini generis nomina desinentia, ea quoque tertiae sunt declinationis, ut hic Titan Titanis, hic paeon paeonis. horum accusativum tam numeri singularis quam pluralis secundum Graecos proferemus, ut hunc Titana paeana, hos Titanas paeanas. unum etiam genitivum singularem || propter differentiam in *os* iuxta graecam declinationem mittit, hic Pan Panos, ut Vergilius 'Panos de more Lycæi'. in *in* masculini generis exeunt eiusdem declinationis, ut hic delphin delphinis, Telchin Telchinis. accusativum utriusque numeri delphina et Telchina, delphinas et Telchinas, sicut Graeci, proferemus. in *os* productam generis desinunt masculini tertii ordinis, ut Minos Minois, heros herois, Tros Trois. |

15 A finita graeca neutri sunt generis omnia. de declinatione nulla est ambiguitas: nam eiusdem sunt ordinis, ut poema poematis, toreuma toreumatis, emblema emblematis. quae quamvis tertiae sunt declinationis, dativum et ablativum pluralem non in *bus*, sed in *is* mittunt, ratione nominum secundae declinationis: nam his poematis et emblematis dicendum est.

In *ax* vel in *ix* masculini generis nomina desinunt et genitivum is syllaba finiunt, ut thorax thoracis, corax coracis, Phoenix Phoenicis. et quae in duas desinunt consonantes, tertiae declinationi similiter applicantur, ut hic Cyclops Cyclopis, chalybs chalybis.

25 Univerſa nomina graeca, cuiuscumque sint generis, genitivum apud illos in has syllabas mittunt, in *ης*, ut *Κίρκη Κίρκης*, in *ας*, ut *Φαίδρα Φαίδρας*, in *ov*, ut *Αλκείας Αλκείων*, in *α*, ut *Ἀντιάς Ἀντιά*, in *ως*, ut *Πηλέως Πηλέως*, in *ους*, ut *Δημοσθένης Δημοσθένους*, in *ος*, ut *Θόας Θόαντος*, *γίγας γίγαντος*. igitur quaecumque nomina apud Graecos genitivum in *ης* vel in *ας* mittunt, apud nos primae sunt declinationis, ut Circe vel Circa huius Circae, Phaedra Phaedrae. quae in *α* vel in *ov* genitivum mittunt a nominativo *ας* vel *ης* syllabis terminato venientia, simili modo primae sunt declinationis, ut Antas Antae, Aeneas Aeneae, Orestes Orestae. quae in *ov* syllabam exeunt in genitivo a nominativo 35 *ος* terminato venientia, secundae sunt declinationis, ut Homerus Homeri,

4 in *an* Char. 25, 26. exc. Char. 540, 36. Prob. cath. 9, 18 10 in *in* Char. 29, 26. exc. Char. 542, 23

1 penultimam syllabam *o* P penultimam syllabam F 9 ut uirgilius pan panos de more lyei F: Verg Aen. VIII 344 24 chalybis EPITHOMA uniuersa P calibis EPITHOMA DEGENIVOGRADU uniuersa F 25 generis si genitium P 31 ut circae uel circa huius circae P ut ΚΙΡΚΗ ΚΙΡΚΙC circa circae F uel in *ov* a nominatiuo ac uel *no* syllabis terminato uenientia genitium mittunt simili P uel in *ov* genitium mittunt nominatiuum in *as* uel in *es* syllabis terminantur simili F

GRAMMATICI LATINI V.

Menander Menandri. item quae in $\omega\varsigma$ exeunt, secundae sunt, ut Tydeus Tydei, Peleus Pelei. quae in $\omicron\upsilon\varsigma$ vel in $\parallel\omicron\varsigma$ syllabas genitivum singularem mittunt, ea omnia tertiae sunt declinationis remoto dubitationis errore, ut Demosthenes Demosthenis, Paris Paridis, Mimas Mimantis, Pallas Palladis, Thais Thaidis, poema poematis. |

Quoniam genera et declinationes tam latinorum nominum quam graecorum dilucide breviterque explanavimus, de ceteris quae praepositis regularum legibus refragantur disseremus, ut discussa penitus ignorationis caligine inoffensa luce scientiae mentes adolescentium inlustrentur.

Sunt quaedam nomina in utroque numero non eiusdem generis; alia non eiusdem declinationis; alia non in utroque numero declinantur; alia certis casibus deficiunt. de his dicemus, et primum de illis quae generibus discrepant.

In singulari numero generis masculini, in plurali neutri, hic locus haec loca; dicimus tamen et hi loci: hic iocus haec ioca et hi ioci, hic 15 Maenalus haec Maenala, hic Tartarus haec Tartara, hic Gargarus haec Gargara, hic carbasus haec carbasa, hic Ismarus haec Ismara, hic sibilus haec sibila. in singulari numero generis feminini, in plurali neutri, haec Pergamus haec Pergama, haec intibus haec intiba, haec arbutus haec arbuta. in singulari numero generis neutri, in plurali feminini, 20 hoc epulum hae epulae: sic Iuvenalis

unde epulum possis centum dare Pythagoreis;
alii hae epulae semper pluraliter declinant: hoc balneum hae balneae;
dicuntur et haec balnea, Tullius 'ad balneas Pallacinas', Iuvenalis
'et crudum pavonem in balnea portas': hoc caepe, quod in sin- 25
gulari numero est aptotum, in plurali femininum, hae caepae, et ordine
declinatur. in singulari numero generis neutri, in plurali masculini, hoc
porrum hi porri, hoc frenum hi freni, ut Lucanus 'frenosque mo-
mordit'; dicimus tamen et haec frena: | hoc filum hi fili,

traxerunt in arte magica vertigine fili;
et haec fila dicuntur: hoc Argus hi Argi.

In plurali numero mutant declinationem haec. hoc iugerum in sin-

12 quae generibus discrepant Char. 37, 1. exc. Char. 551, 26. Diom. 327, 1. Don. 375, 29. Serv. in Don. 431, 29

4 minas minantis P ς minans minantis F 5 pallas pallidis P poematis
EXPL. REGULE GRECORUM NOMIN. P poematis EXPLICIT REGULA GRECORUM NOMIN. F
8 refrangantur P 9 inlustrarentur P 10 alia sunt non eiusdem declinationis ς
alia non decli P non declinationis F 21 Iuvenalis] sat. 3, 229 22 pythaguris
F 24 dicuntur et has balneas F Tullius] pro Rosc. Amer. 7, 18 pallacinas
PF palatinas f pallatinas ς Iuvenalis] sat. 1, 143 25 in palnea F ad balnea P
hoc caepe P superscr. κρομμύον hoc cepae F 26 feminini hae caepae P femi
haec cepa F 27 declinator ς declinantur PF 28 Lucanus] Pharsal. VI 398
29 hoc filum hi fili et haec fila traherent in arte magica vertigine fili et haec fila di-
cuntur F 30 traxerunt in arte magica vertigine ς traxerunt e magica uergine P:
Lucan. Pharsal. VI 460 31 hoc argos ς

p. 1707. 08 P.

p. 339. 40 L.

gulari numero secundae declinationis est, in plurali tertiae: nam genitivum horum iugerum, dativum et ablativum his et ab his iugeribus facit. et vas, quod tertiae est in singulari numero, in plurali secundae: nam genitivum horum vasorum, dativum et ablativum his et ab his vasis dicimus. 5 pauca sunt primae declinationis nomina quae contra regulam dativum et ablativum numeri pluralis in bus syllabam mittunt discernendae ambiguitatis sexus causa, his et ab his deabus filiabus mulabus equabus libertabus, quae a iuris peritis usurpata sunt.

Haec sunt quae in utroque numero non admittunt declinationem, 10 quorum alia singulariter tantum, alia pluraliter declinantur. deorum propria nomina, elementorum, heroum, fluminum, montium, singulariter dumtaxat declinantur; item urbium, nisi quae natura pluraliter efferuntur, ut Athenae Thebae Cumae Mycenae Graviscae Crustumeri Cosae Arpi Puteoli Ostia; item metallica, quae omnia secundae sunt declinationis et 15 generis neutri, ut hoc aurum argentum ferrum plumbum stagnum, excepto uno aes, quod eiusdem generis est, sed iuxta rationem monosyllaborum tertii ordinis est, tres autem casus in plurali numero admittit, nominativum accusativum et vocativum, hoc aes et haec aera; item arida vel liquida, quae ad mensuram pondusve referuntur, ut triticum hordeum 20 frumentum far lens cicer milium ervum, haec faba, oleum vinum mel mulsum defrutum muria [dicitur tamen liquamen]. ex his multa veteres auctoritate licentiae largientes pluraliter extulerunt, haec frumenta hordea farra mella defruta. vina etiam usus recepit: nam vina Coa dicimus et || Massica. praeter haec alia sunt quae in plurali numero deficiunt, 25 generis quidem masculini haec, hic fumus finus limus pulvis sanguis genius, generis feminini haec fames lux labes pax sitis tabes humus, generis neutri hoc caenum faenum ius letum vulgus pelagus virus viscum aevum, hoc penum. in plurali numero tantum declinantur nomina numerorum praeter unum, quod plurali deficit numero, ut duo tres. me-

5 pauca sunt Char. 54, 10 9 haec sunt quae in utroque numero Char. 31, 30.
93, 3. exc. Char. 548, 1 28 nomina numerorum Char. 37, 6. exc. Char. 551, 29

7 ambiguitati sexus P ambiguitatis .i. sexus & his et ab his duabus filiabus
nathabus dominabus mulabus equabus asinabus libertabus g 8 libertabus quaabus
iuris peritis P libertabus natibus asinabus quae a iuris peritis & 11 elementorum
eorum fluminum F 13 athenae latebre cymae P micenae attellanae graviscae
crustumeri cosae arpie poteoliae otea F mycinae athellanae graiussae crustumae rico-
sae carpi puteoli ostia & Abellae inter exempla nominum ciuitatum semper pluralium
legitur Charis. p. 35, 8 16 sed om. P 21 dicitur tamen licamen P, om. F &
22 licentia largienter P frumenta om. F & 23 uina etiam usus recepit recepit P
uina haec etiam usus recipit F & nam uina choa dicimus et massica & nam uina
dicimus massaica P nam uina coadicimus et mustica (corr. mustacia f) F nam uina
et mustacia et massaica dicimus g nam uina Chia dicimus et mella Attica Lindemannus
26 labes pix pax g 27 faenum] frenum P letum] lutum & 28 hoc poe-
num F nomina numeri P 29 quod in utroque deficit numero ut duo P quod
plurali neūo deficit numfo tantum ut duo F quod plurali numero deficit tantum ut
duo &

mineris autem omnia nomina numerorum ab uno usque ad tres declinari, a quattuor usque ad centum minime, a ducentis usque ad noningentos per omnia genera pluraliter tantum declinari. est etiam unum aptotum neutri generis semper eiusdem numeri, haec pondo. praeter haec alia sunt quae in singulari numero non declinantur, generis quidem masculini hi antes, hi carceres cani casses furfures fori liberi manes optimates primores proceres pugillares Quirites sentes vepres; generis feminini argutiae blanditiae cunae exequiae inferiae insidiae inimicitiae exuviae manubiae excubiae primitiae bigae trigae quadrigae compedes deliciae divitiae dapes feriae falerae genae facetae indutiae kalendae idus nonae latebrae nuptiae nundinae neniae quisquillae reliquiae scalae tenebrae antiae; generis neutri arma moenia castra liba magalia crepundia bona exta spolia sarta praesepia pascua sponsalia altaria praecordia mappalia cunabula, item festorum dierum nomina, ut Saturnalia Neptunalia Bacchanalia.

Certis casibus deficiunt haec, satias, quod praeter nominativum singularem nullum casum admittit: hanc dicionem ab hac dictione, hoc quoque in omni casu utriusque numeri deficit praeter accusativum et ablativum singularem: laterem, similiter accusativum tantum lectio usurpavit: sponte et tabo ablativum singularem habent tantum: dicam et dicas, utriusque numeri accusativum invenimus tantum: tabes nominativum et accusativum et ablativum numeri singularis habet dumtaxat. sunt alia quae a genitivo casu singulari || declinationis sumunt exordium et in utroque numero recte declinantur, ut remigis frondis verberis, ut Lucanus ad saxum quotiens ingenti verberis ictu.

alia duos aut tres tantum casus habent in singulari numero, sed in plurali per omnes declinantur, ut huius opis hanc opem ab hac ope, hanc vicem et ab hac vice. alia ablativum tantum habent in singulari numero, ut ab hac fruge, ab hac obice, ab hac prece, ab hoc viscere. haec quoque in plurali numero declinantur. pauca sunt quae, cum in singulari numero non deficiant, in plurali tres tantum casus habent, de quibus paulo superius diximus, haec iura, haec rura, haec aera, haec maria.

Vniversa nomina primae secundae quartae declinationis totidem syllabis in genitivo quot in nominativo proferuntur praeter unum vir et

15 certis casibus deficiunt *Diom.* 309, 12 satias *Char.* 49, 9. exc. *Char.* 546, 14 21 sunt alia *Char.* 93, 15

1 nomina numeri *PF* 2 usque ad nongentos *F* ad noningentos *P* 8 exuviae manubiae excubiae *g* exubiae manubiae *F* exubiae *P* 9 deliciae] dilitiae *F* 11 neniae *om.* *F* 12 moenia — exta *om.* *F* 15 satias] satis *P* saties *g* 18 laterem latere similiter acc. et abl. singularem laterem similiter acc. tantum lectio usurpavit *F* 23 ut remex remigis *F* Lucanus] *Pharsal.* III 469 24 ictu *om.* *P* ictu excutitur *Putschius* 26 huius opis opem ab hac ope et hanc vicem et ab hac vice *PF* huius opis opem ab hac ope huius uicis et hanc vicem ab hac vice *g* 27 in *om.* *PF*, add. *g* 28 ab hoc fruge ab hac obice *P* ab hac (hoc *g*) frugi ab hoc opice *Fg* 31 rura] nigra *F* haec aera *om.* *P* maria DE GENITIVO (CASU add. *F*) SINGULARI Universa *PF* 33 proferuntur exceptis quibusdam (secundae add. *f*) declinationis praeter *F*

p. 1709. 10 P.

p. 341. 42 L.

quae ex eo componuntur [et his quae in er syllabam desinunt]. tertiae aut pares habent syllabas in obliquis casibus aut unam adsumunt. quintae procul dubio plus una syllaba proferri solent. pauca inveniuntur tertiae declinationis quae in genitivo duabus syllabis crescunt, iter itineris, 5 anceps ancipitis, biceps bicipitis, triceps tricipitis, praeceps praecipitis, iecur iecinoris; sed et iecoris lectum est: supellex supellectilis.

Omnium nominum, cuiuscumque sint declinationis, vocativus singularis similis est nominativo eiusdem numeri, neque hoc in dubium venit, exceptis nominibus secundae declinationis, quorum vocativus diversis modis exprimitur. propria igitur nomina quae in nominativo casu singulari 10 us syllaba terminantur i vocali praeposita vocativum adempta novissima syllaba faciunt, ut hic | Vergilius o Vergili, hic Terentius o Terenti, hic Domitius o Domiti; || praeposita vero qualibet consonante vocativum in e correptam mittunt, ut hic Turnus o Turne, hic Marcus o Marce, hic 15 Lentulus o Lentule. appellativa quae in ius desinunt vocativum in e mittunt, ut hic fluvius o fluvie, socius o socie. quae veteres iuxta nominativum proferebant, ut Vergilius

corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.

quae consonante praelata in eandem syllabam desinunt, si quidem sunt 20 accidentia vel derivativa, vocativum in e mittunt, ut doctus docte, sanctus sancte, Romanus Romane, Hispanus Hispane. cetera in us potius quam in e syllabam exeunt, ut hic populus o populus: sic Lucanus 'degener o populus': sed et o popule lectum est: lucus o lucus. quae a veteribus propter asperitatem vocis minime usitata sunt, adeo ut rara 25 huius modi declinationis reperiantur exempla: haec myrtus o myrte Vergilius declinavit, 'et tu proxima myrte'.

Tertiae quoque declinationis nominum ablativus casus singularis duobus modis proferri solet, aut in e aut in i. sed illa in i exeunt, quae communis sunt generis et in nominativo is syllaba terminantur, ut hic 30 et haec suavis ab hoc et ab hac suavi, hic et haec gravis ab hoc et ab hac gravi; item neutra quae in nominativo e vel l vel r litteris termi-

3 pauca inveniuntur tertiae declinationis Char. 48, 17 9 exceptis nominibus secundae declinationis Prob. cath. 4, 14. Serg. explan. in Don. 498, 17 22 ut hic populus Pompei. 186, 29 27 tertiae quoque declinationis Char. 25, 15. 26, 11. 39, 16. 47, 14. exc. Char. 541, 1. 542, 20. 544, 12. 545, 9

1 his om. 5 6 iecur iecoris sed iecinoris lectum est F et om. P supellectilis DE VOCATIO CASU NUMERI SINGULARIS (NUMERO SINGULARI F) Omnium PF 15 in ius] in us P 17 Vergilius] Aen. VIII 77 21 spanus spane P 22 sic Lucanus degener o populus om. F: Lucan. Pharsal. II 116 24 vocis om. P 25 reperiuntur P 26 et te 5: Verg. bucol. 2, 54 myrte DE ABLATIO SINGULARI NOMINUM TERTIAE DECLINATIONIS Tertiae PF 28 aut in i. sed illa quae in i exeunt communis sunt 5 aut in i exeunt communis sunt F 31 item neutra quae in nominativo e vel ar uel al syllabis terminantur hoc sedile ab hoc sedili hoc laquear ab hoc laqueari hoc animal ab hoc animali. excepto cum e ante l habetur. sed cum a ante l invenitur ut hoc tribunal ab hoc tribunali lupercal ab hoc lupercali et caetera cum e antecesserit

nantur, ut hoc sedile ab hoc sedili, hoc animal ab hoc animali, hoc laquear ab hoc laqueari; item quae in duas desinunt consonantes vel in duplicem et sunt accidentia et trium generum, ut hic et haec et hoc ingens ab hoc et ab hac et ab hoc ingenti, hic et haec et hoc audax ab hoc et ab hac et ab hoc audaci; et quae in r desinunt masculina et in 5 feminina transeunt vel trium sunt generum, hic acer ab hoc acri, hic et haec et hoc par ab hoc et ab hac et ab hoc pari; et quae in im || mittunt accusativum singularem, sunt autem haec, haec turris hanc turrim ab hac turri, haec sitis hanc sitim ab hac siti, haec puppis hanc puppim ab hac puppi, haec securis hanc securim ab hac securi [febris 10 torquis vectis], haec restis hanc restim ab hac resti. praeterea haec navis bipinnis, hic ignis similiter ablativum in i mittunt, quae saepe poetae per e solent efferre. cetera omnia tertiae declinationis nomina ablativum singularem in e mittunt.

DE VERBO

15

Quoniam, ut opinor, de nomine convenienter tractatum est, nunc de verbo, sicut praefatio pollicetur, disseremus. cuius omnis ambiguitas in discernenda coniugatione et cognoscendo praeterito perfecto versatur. de his nos pro ingenii viribus diligenter docebimus. nam cetera multorum expositio declaravit.

20

Igitur coniugationes sunt tres, ut alii, quattuor, quas in secunda persona temporis praesentis modi indicativi dinoscimus; formae quattuor, perfecta meditativa inchoativa frequentativa. sed perfectae formae verba omnium sunt coniugationum, frequentativae tantum primae coniugationis excepto lacesso, quod venit a verbo lacero, inchoativae tertiae dumtaxat 25 correptae, meditativae tertiae productae vel quartae. genera verborum facili ratione cognoscuntur. aut enim activa sunt et o littera terminantur et adsumpta r littera transeunt in passiva; aut passiva et adempta novissima littera redeunt in activa; aut neutra, quae actum significant et activam habent declinationem et in passiva minime transeunt; aut supina, 30 quae ut activa quidem declinantur, sed significationem habent passivam, ut vapulo pendeo veneo; aut deponentia superioribus contraria, quae passivorum declinantur exemplo et significationem habent activam neque r litteram possunt amittere; aut communia similia deponentibus et passivis,

30 aut supina *Dion.* 337, 13. *Char.* 165, 25. *exc. Char.* 562, 10

l littera non i terminatur ablativus sed in e ut hoc mel ab hoc melle hoc fel ab hoc felle. item quae in duas desinunt consonantes in is vel in ix duplicem ς 2 consonantes in s vel in x duplicem F 3 ingens et ab hoc PF 5 masculini vel foemini vel trium sunt generum hic et haec acer ab hoc et ab hac acri ς 8 accusativum] nominativum P sunt autem haec turris PF ς 10 haec securis febris torquis vectis hanc securi haec restis P 16 tractatum f ς tractandum P tractum F 32 superioribus f superiori PF ς

p. 1712. 13 P.

p. 343—45 L.

sed agentis et patientis | formam amplectuntur. unde constat universa verba duobus modis declinari. nam neutra et supina activorum, deponentia et communia passivorum regulam secuntur. sunt praeterea neutropassiva, quae in praeterito perfecto et plusquamperfecto passivi declinationem habent, in aliis neutri; et sunt haec sola, secundae quidem coniugationis audeo gaudeo soleo, tertiae autem fido et fio, et siqua ex his componuntur. praeter haec nulla sunt huius modi declinationis verba. sunt alia passivoneutra superioribus contraria, haec sola, comperior mereor devertor: nam in praeterito comperi merui deverti, sicut activa vel neutra, proferuntur.

Universa verba primae coniugationis, quae in secunda persona as syllaba terminantur, activa sive neutra, praeteritum perfectum in avi syllabas mittunt, ut amo amavi, aro aravi, armo armavi, narro narravi, canto cantavi, navigo navigavi, paro paravi, servo servavi, exceptis novem, quae in ui mittunt praeteritum, ut seco secui, domo domui, frico fricui, veto vetui, sono sonui, tono tonui, mico micui, crepo crepui, plico plicui, et siqua adnexis praepositionibus componuntur. plico tamen utramque formam servat in praeterito: nam et plicavi et explicavi dictum est. quattuor huic regulae refragantur: nam neque in ui neque in avi exeunt, sto steti, do dedi, lavo lavi, iuvo iuvi. sed duo posteriora quidam superioribus applicant errantes: nam illa in praeterito una syllaba crescunt, haec totidem quot in praesenti proferuntur.

Secunda coniugatio, quam non tantum secunda persona, sed etiam prima || facile declarat, quoniam omnia verba quae eo syllabis in prima persona finiuntur, secundae sunt coniugationis exceptis quattuor, uno tertiae coniugationis productae, eo is, et siqua ex | eo composita figurantur, et tribus primae, creo creas, meo meas, beo beas, praeteritum perfectum in has syllabas mittit, in ui consonante praeposita, in vi praeeunte vo-

11 universa verba primae coniugationis Char. 243, 4. exc. Char. 564, 8 17
plico tamen Diom. 372, 18 23 secunda coniugatio Char. 243, 17. exc. Char. 564,
19 24 omnia verba quae eo syllabis exc. Char. 565, 39

1 formam amplectuntur *fg* forma plectuntur *P* forma flectuntur *F* formam flectuntur $\S$ 2 supina *om.* *P* 3 neutropassiva $\S$ neutropassiva *PF* 8 passivorum neutra *F* passiva neutra $\S$ superioribus *f* superiori *PF* 10 proferuntur. DE PRAETERITO PERFECTO PRIMAE CONIUGATIONIS Universa *PF* 15 et seco secui modo modui frico fricui veto *P* ut seco secui veto *F*: ut seco secui neco necui veto vetui — plico plicui domo domui frico fricui $\S$ 17 explico tamen $\S$ 18 nam explicui et explicui *F* 19 refragantur *P* nam neque in ui neque in avi exeunt $\S$ nam neque (namque *P*) in ui exeunt *PF* 22 proferuntur DE SECUNDA CONIUGATIONE Secunda *F* 24 quoniam] quod *P* 25 exceptis quatuor uno tertiae *Putschius* exceptis tribus uno tertiae *PF* exceptis duobus tertiae *f* exceptis quatuor uno tertiae coniugationis *om.* $\S$ 26 eo is *PF* eo is queo quis *f* 27 et tribus *f* *Putschius* et duobus *PF* $\S$ et beo beas *P* similiter et beo as $\S$ 28 in has syllabas mittunt in ui praeeunt et uocali paui caui in si et xi *P* in as mittunt in ui consonante praeposita praeeunt uocali paui pacui in si et xi *F* in has syllabas mittunt videlicet in ui praeposita consonante in ui praeeunte uocali pauca in si et xi *g* mittit in ui consonante praeposita praeeunte uocali pauco paui caueo caui in xi et in si $\S$

cali [paveo pavi, caveo cavi], in si et xi, quae inter excepta notabimus. ergo omnia verba secundae coniugationis qualibet consonante praeposita eo syllabis praeteritum perfectum in ui mittunt, ut habeo habui, debeo debui, rubeo rubui, doceo docui, taceo tacui, misceo miscui, iaceo iacui, noceo nocui, arceo arcui, splendeo splendui, candeo candui, madeo ma-⁵ dui, egeo egui, lango langui, vigeo vigui, rigeo rigui, caleo calui, doleo dolui, oleo olui, palleo pallui, timeo timui, teneo tenui, caneo canui, tepeo tepui, torpeo torpui, pareo parui, careo carui, vireo virui, floreo florui, horreo horrui, censeo censui, niteo nitui, pateo patui. excipiuntur pauca quae in si syllabam mittunt praeteritum, iubeo iussi,¹⁰ mulceo mulsi, mulgeo mulsi, algeo alsui, fulgeo fulsi, ardeo arsi, suadeo suasi, maneo mansi, haereo haesi, rideo risi, torqueo torsi, indulgeo indulsi. de urgeo et turgeo ambigitur. alia in xi, lugeo luxi, frigeo frixi. illa in vi praeteritum mittunt, quae in prima persona modi indicativi temporis praesentis v ante eo habent, et primam syllabam,¹⁵ quam in praesenti tempore brevem, in praeterito longam habent, ut faveo favi, paveo pavi, foveo fovi, moveo movi, caveo cavi, voveo vovi, et quae ex his componuntur. quaedam, quamquam in praesenti non sunt similia superioribus, praeteritum tamen in vi mittunt producta paenultima syllaba, neo nevi, fleo flevi, cieo civi, impleo implevi, compleo complevi,²⁰ expleo explevi, deleo delevi. non multum ab his || discrepare videntur etiam haec quorum prima syllaba in praeterito ex correpta cadit in productam, sedeo sedi, video vidi. contra omnium regulam est prandeo prandi. quaedam sunt in secunda coniugatione quorum praeteritum perfectum iteratur per primam syllabam, haec sola, pendeo pependi, spon-²⁵ deo sponde, tondeo totondi, mordeo momordi. quae adsumptis | praepositionibus non eodem modo proferenda sunt: nam despondi et dependi et rependi et detondi dicimus. de neutropassivis abunde dictum est.

Tertia coniugatio correpta, quae secundam personam in is syllabam mittit in imperativo modo in e solitam converti, praeteritum per has³⁰ syllabas effert, in ui praeposita consonante, in vi praeposita vocali, in i consonante qualibet praeposita, in si, in xi. sed illa praeteritum in ui

29 tertia coniugatio Char. 244, 22. exc. Char. 564, 39

1 notabimus & notauimus PF 3 eo syllabis Lindemannus eo syllabae P eo syllaba Fg & ut habeo debeo rubeo rubui habeo docui P ut habeo deo rubeo doceo docui F 5 madeo madui om. F: madeo madui egeo egrui & 6 lango PF & vigeo vigui om. F & 7 teneo tenui caneo canui hoc loco om. PF & 9 niteo niteo pateo patui teneo tenui caneo canui excipiuntur F & niteo nitui caneo canui excipiuntur P 11 mulceo mulsi] moleo molsi F mulgeo mulsi om. PF, add. & 13 de urgeo et turgeo P 17 pavi — moveo om. P 18 quaedam quaquam f quae quaquam P & quae quaquam F quaedam quavis g 19 productam syllabam neo F 21 expleo explevi om. P 28 et rependi om. P detondi et praemordi dicimus g Putschius 30 solitam conuertit P solidam conuerti F solidam conuertit & 31 effert & efferent P efferunt F

p. 1714. 15 P.

p. 346. 47 L.

mittunt, quae in praesenti tempore indicativi modi u ante novissimam litteram habent, ut tribuo tribui, statuo statui, minuo minui, imbue imbui, adnuo adnui, diluo dilui, obruo obrui, induo indui: in his duo tantum, quae in xi mittunt praeteritum, fluo fluxi, struo struxi. et quae in lo syllabam exeunt in praesenti, nihilo minus praeteritum in ui mittunt, ut volo volui, nolo nolui, colo colui, consulo consului, alo alui. pauca praeterea in eandem extremitatem mittunt praeteritum, quamquam praesens simile superioribus non habeant, tremo tremui, gemo gemui, fremo fremui, rapio rapui, compesco compescui, necto nexui, sterto stertui, pecto pexui, texo texui, senesco senui, gigno genui, et siqua ex his componuntur. vi syllaba terminantur in praeterito haec sola, sperno spreui, sterno stravi, cerno creui, sero sevi, tero trivi, pasco pavi, quaero quaesivi, lino livi, quiesco quievi, || cupio cupivi, consuesco consuevi, peto petivi, sapio sapivi. in i praeposita consonante in praeterito desinunt, quae in praesenti do syllaba terminantur praecedente n littera, ut scando scandi, ascendo ascendi, accendo accendi, descendo descendi, offendo offendi, pando pandi, prendo prendi, mando mandi: tria n in praeterito amittunt, fundo fudi, linquo liqui, scindo scidi: sic Lucanus
aut scidit et medias fecit sibi litora terras:

et quae minus una syllaba proferuntur, producta prima syllaba in praeterito, quae in praesenti corripitur, ut capio cepi, iacio ieci, facio feci, fugio fugi, fodio fodi. pauca praeterea ean[dem] clausulam habent novissima littera praesentis temporis in i conversa, vinco vici, rumpo rupi, solvo solvi, volvo volvi, cudo cudi. in si praeteritum mittunt illa verba, quae in praesenti do vel mo syllabis terminantur, si sit natura longa paenultima, ut ludo lusi, laedo laesi, cedo cessi, plaudo plausi, trudo trusi, rado rasi, inlido inlisi, adlido adlisi, promo prompsi, sumo sumpsit, demo dempsi, resumo resumpsit. et premo, quamvis correpta sit paenultima, in eandem syllabam exit, et quicquid ex eo componitur, ut premo pressi, exprimo expressi, comprimo compressi. et quae in bo vel in po syllabas desinunt, praeteritum similiter in si syllabam mittunt, ut scribo scripsi,

3 adnuo — dilui et induo indui om. F $\S$ in i his duo tantum mutantur (notantur f) tantum F ex his duo mutantur tantum g ex his duo notantur tantum s 6 nolo nolui om. P 8 simile (simili F) superioribus habeant F $\S$ dissimile superioribus habeant g ut tremo tremui gemo fremo pono sui strepo pui rapo compesco necto xui sterto tui pecto xui texo xui gigno genui g 9 rapio rapui] pario parui P paro (pareo f) parui F, om. s 10 gigno gignui P gygno gygnui F gigno genui increbesco increbui. nam increbo non invenitur s 12 sero serui tero terui F 13 lino leni vel liniui g leno lenui F 14 sapio sapui F sapio sapui sepio sepiui g 18 sic Lucan. in III *Putschius*: sic lucanus ait Scidit et in medias fecit sibilator aerras s sic lucanus scidit et in medias (rell. om.) g: *Pharsal.* III 61 21 facio feci om. F 22 fodeo fodi emo emi F 23 soluo solui cudo cudi uoluo (uolo F) nolui F $\S$: cudo secundum Diomedem et Charisium et Phocam cusi, secundum alios cudi *Priscianus* l. X p. 515, 16. de *Charisio* (p. 246, 5) et *Phoca* errasse videtur *Priscianus*. ab interpolatore corruptum esse *Phocam* putabat *Bondamus* var. lect. p. 270 24 illa] syllaba F syllabam s qua et praesenti P 25 longa pa penultima P 28 corrupta P 31 syllaba P

nubo nupsi, scalpo scalpsi, repo repsi, serpo serpsi, sculpo sculpsi. praeter haec pauca sunt, quae non eadem extremitate finiuntur in praesenti, praeteritum tamen in si syllabam mittunt, spargo sparsi, mergo mersi, tergo tersi, mitto misi, uro ussi, contemno contempsi, concutio concussi, gero gessi, et siqua ex his in compositam figuram transeunt. 5 in xi syllabam in praeterito desinunt verba quae in praesenti go syllaba terminantur, ut cingo cinxi, pingo pinxi, sugo suxi, affligo affixi, pergo perrexī, rego rexi, diligo dilexi, intellego intellexi. || excipiuntur tria in si desinentia, quae in superioribus notavimus, et alia quattuor, quae non in xi, sed in gi syllabam mittunt praeteritum, tango tetigi, frango fregi, 10 lego legi, ago egi; et siqua ex his componuntur, simplicium formam secuntur. his simile est impingo, quod impegi facit praeteritum. praeter haec in xi mittunt praeteritum vivo vixi, coquo coxi, meo minxi, inicio inlexi, aspicio aspexi, flecto flexi, duco duxi, veho vexi, traho traxi. sunt tertiae coniugationis verba quae primam syllabam in praeterito du- 15 plicant, quae omnia subiecta sunt, tango tetigi, pello pepuli, fallo fefelli, pendo pependi, tendo tetendi, pungo pupugi (sed et punxi dicimus), tundo tutudi, cado cecidi, caedo cecidi, pario peperī, | cano cecini, disco didici, posco poposci, parco peperci (facit et parsi), curro cucurri, pedo pepedi. haec adiunctis praepositionibus non eodem modo proferenda 20 sunt: nam duplicatam in simplici figura syllabam in composita amittunt: dicimus enim sic, expendo expendi, decurro decurri, refello refelli, compello compuli, concido concidi. sed ex his duo sola praepositionibus adnexus in suo statu manent, disco et posco: dedidici etenim et depoposci faciunt praeteritum. cano autem neutram regulam sequitur: concinui et 25 succinui dicimus. composita sunt in eadem coniugatione quae novissimam syllabam geminant in praeterito, illa videlicet quae a do verbo primae coniugationis componuntur, condo condidi, reddo reddidi, perdo perdidi, trado tradidi, subdo subdidi, prodo prodidi, addo addidi, abdo abdidi. similiter proferuntur credo credidi, vendo vendidi. 30

20 haec adiunctis praepositionibus Char. 256, 26

2 eandem P 3 spargo mergo mersi tergo si mitto g spargo sparsi mergo mersi mitto Fg spargo mersi mitto P 8 rego rexi om. P intelligo xi figo xi g intelligo intellexi figo fixi tego xi g 9 quae in superius P quae superius g 10 tango tangi F 11 formam secuntur formam his P 12 quod in inepi P 13 inicio inlexi F 14 duco duxi dico xi g 17 pungo pupugi F 18 tundo tutudi cedo di cado cecidi g tundo tutudi cado cecidi cedo cecidi g tundo totudi (totundi F tutudi f) caedo cecidi PF 19 pedo pepedi g pendo pependi PF 21 figuram P in compositione Fg 22 compello compuli F compello compelli P compello ti vel compuli g 24 dedici etenim et depoposci P et didici enim et depoposci F nam dedidici et depoposci g 25 a cano autem composita neutram regulam sequuntur, quia occino concinui, succino succinui, et concino concinui, facit. et si qua composita in eadem coniugatione a verbo primae coniugationis componuntur Putschius concino nui succino nui dicimus composita sunt in eadem coniugatione quae g concinui et sua composita sunt in eadem coniugationem qm F concinui facit. et siqua composita in eadem coniugatione, quoniam g 26 coniugationem P 30 uendo didi. excepto circundo dedi quod secundam personam facit cir-

p. 1716—18 P.

p. 348. 49 L.

Quarta coniugatio vel tertia producta, quam imperativus modus pro-
 dit i litteram in fine conservans, praeteritum || perfectum in vi syllabam
 mittit vel in i duplicem, ut audio audivi vel audii, munio munivi vel
 muni, saevio saevivi vel saevii, lenio lenivi vel lenii, mollio molliivi vel
 5 mollii, finio finivi vel finii, punio punivi vel punii, sopio sopivi vel so-
 pii, accio accivi vel accii, scio scivi vel scii, hinnie hinnivi vel hinnii,
 eo ivi vel ii, exeo exivi vel exii, ineo inivi vel inii et cetera his similia.
 pauca in si exeunt, et sunt haec fere, sarcio sarsi, farcio farsi, haurio
 hausi, sepio sepsi, sentio sensi; alia in xi, haec sola, sancio sanxi, ful-
 10 cio fulxi, vincio vixi. unum invenitur quod primam syllabam in prae-
 senti corripit, in praeterito producit venio veni; et composita ex eo in
 hunc modum proferuntur. * aperio aperui, cui compositum dissentit, re-
 perio repperi. |

In has fere syllabas omnia verba, quae trina coniugationum norma
 15 complectitur, in praeterito desinunt. sed nequid ambiguitatis subesse pos-
 sit lectoribus, non dissimulabimus de illis dicere, quae rationi refragan-
 tur. sunt enim verba quae personis deficiunt et impersonalia dicuntur,
 alia modis, alia temporibus, alia coniugationibus, alia participiis. de his
 exponemus, et primum de impersonalibus, quae aut secundae sunt coniu-
 20 gationis aut tertiae, quantum ex tertia persona contemplari licet. * eorum
 alia accusativum casum trahunt, ut pudet taedet piget poenitet miseret
 decet; alia dativum, ut licet liquet libet. unum est quod casu non indi-
 get, oportet. et omnia praeteritum in uit syllabas mittunt, ut puduit
 piguit poenituit licuit libuit decuit, praeter tria, quorum duo deficiunt in
 25 praeterito, liquet et taedet, unum quasi passivam habet declinationem,
 miseret: nam miseritum est dicimus. et licet tamen et libet ad hanc
 similitudinem proferri possunt, licitum est et libitum est, et taedet in
 composita figura, pertaesum est. tertiae coniugationis imper-sonalia dati-
 vum casum adsumunt, ut contingit evenit accidit expedit. quaedam pri-
 30 mae coniugationis impersonalia reperiuntur, ut iuvat praestat, quae et

1 quarta coniugatio Char. 246, 17. exc. Char. 565, 26 17 de impersonalibus
 Char. 253, 6. Dion. 507, 11

cundas et est primae coniugationis 2 in finem conservat F 4 vel saevii om.
 P 6 vel scii om. P 7 eo ibi vel ii P, om. F 9 fulcio fulxi] falsio falsi P
 12 aperio aperui evi compositum dissentit repperio repperi F aperio aperui cuius
 compositum dissentit repperio repperi 5 a pario composita dissentit in praeterito.
 aperio enim aperui facit, operio operui, reperio autem reperi, et comperio comperi
 Putschius, lacuna quam indicavi exemplis verborum ex v. venio compositorum et definitio
 illorum quae praeteritum in vi faciunt excidisse videntur repperio repperi P
 16 de] sed P refranguntur P refragant F 17 quae in personis deficiunt et per-
 sonalia F 20 lacunam quam indicavi supplevit Putschius, quae secundae coniugatio-
 nis sunt, eorum alia etc. quamquam plura fortasse de terminatione impersonalium scripta
 erant: cf. Don. p. 384, 24 quae vero in et exeunt, ea modo dativo modo accusativo
 casui servant 22 ut licet liquet et unum est P 23 in uit syllabam P F 5 in uit
 diuisas syllabas Putschius 26 miseritum est dicimus licet tamen et (et tamen F)
 libet F 5

aliter declinari possunt. sed omnia tam in futuro imperativi modi quam infinitivi, nec non etiam gerundi vel participialibus et participiis utriusque temporis deficiunt.

Defectiva in modis sunt haec: quaeso, quod primam personam habet indicativo modo dumtaxat, licet quaesere lectum sit apud Sallustium | et 5 Tullium: ovat, inquit; haec quoque tertiam personam habent solam; sed ovat participium facit praesentis temporis, ovans, cum in declinatione verbi deficiat. similiter ausim et duint. inquam in prima persona contra morem omnium profertur et utrumque numerum modi indicativi temporis praesentis et imperativi numerum singularem habet: nam inque apud Te- 10 rentium lectum est. aio praesens et praeteritum imperfectum habet tantum. faxo futurum tempus tantum vel, ut alii, promissivum modum ostendit. salve, imperativi modi secunda persona in utroque numero lecta est, salve salвете, et infiniti modi tempus praesens, salvere. cedo et ave similiter imperativi modi secundam personam habent numeri singularis. cedo 15 etiam numeri pluralis lectum est apud Plautum, cete.

In coniugationibus et praeterito deficiunt haec: fero fers praeteritum facit tuli, sum es fui, ferio feris percussi, tollo tollis sustuli facit, edo es edi: hoc infiniti modi praesens tempus non in re syllabam, sed in se contra morem omnium mittit; esse enim dicendum est: volo vis volui: 20 hoc quoque incertae est coniugationis et in futuro imperativi et infiniti modi deficit et in gerundi vel participialibus, quae supina alii dicunt: meto messem feci; nam aliter proferri non potest. polleo sisto, similiter et glisco furio et quatio nullum habent praeteritum. meminervis tamen inchoativae formae verba in praeterito perfecto deficere. 25

|| Participiis carent verba alia praesentis temporis, alia futuri, alia utriusque. in praesenti itaque deficit sum et quae ex eo adiectis praepositionibus componuntur praeter duo, absens et praesens, quae a verbis

13 salve Char. 254, 18 17 in coniugationibus Char. 249, 8. 251, 7. Diom. 380, 8 20 volo Char. 259, 28 26 participiis carent Diom. 381, 1 27 in praesenti Char. 260, 24.

1 modi om. P 4 quaeso q̄s quod primam personam habet in singulari et plurali indicativi modi dumtaxat g 5 indicativum modum P quaesere relictum sit F apud Sallustium] cf. Eutyph. p. 2184 et Tullium om. g. Ciceronis exemplum ad Arat. v. 18 retulit Lindemannus auctore Forcellinio v. quaeso 6 oueat inquit P 8 similiter ausim et duint inquam PF similiter ausim inquam fg similiter ausim et perdiunt pro perdunt dicunt et inquam s similiter ausim et perduim inquam Putschius in om. F 9 proferuntur utramque F 10 apud Terentium] Phorm. V 8, 26, quo exemplo usus est Priscianus l. X p. 496, 4, Heauton tim. III 7, 1 11 habet om. F 13 salve — lecta est om. F lectum est salve salвете g lecta est salвете P 14 similiter et imperativi modi P similiter et imperativus F 15 numeris singularis P 16 rectum est P cete] cete P cetet F cedite g cedite mihi pro dicite s: cf. Cledon. p. 59. 22 18 ferio feris percussio percussi P edo edi sedi hoc F 23 messem feci] messui s messui facit g polleo sisto similiter et glisco furit et quatio P polleo sisto (sisto f) similiter et glisco fuerit et quatio F polleo sisto similiter et glisco et quatio s polleo furio similiter et glisco et gratio g 25 deficit F

p. 1719. 20 P.

p. 350. 51 L.

absum et praesum veniunt. et eo verbum in participio nominativi casus numeri singularis deficit; in ceteris recte declinatur: composita quaedam etiam nominativum habent, ut praeteriens abiens. futuri temporis participia non habent in primis verba formae inchoativae, ut horresco calesco
 5 et his similia; deinde omnia secundae coniugationis quae sunt generis neutri et in formam transeunt inchoativam, ut horreo caleo tepeo niteo pateo stupeo splendeo vigeo vireo rigeo floreo paveo ruheo tabeo | madeo tumeo sileo palleo ferveo timeo lateo: nam et haec adsumptis praepositionibus faciunt inchoativa, ut pertimesco et delitescio. valeo tamen,
 10 cum faciat convalesco, in participio futuri temporis minime deficit: nam valiturus dicendum est. sunt alia praeterea quae non transeunt in formam inchoativam eiusdem coniugationis et generis et nihilo minus in participiis futuri temporis deficiunt, ut egeo mereo polleo calleo studeo. praeter haec et volo caret participio futuri temporis et nolo, quod ex
 15 illo componitur. similiter et metuo fluo sitio tremo saevio sero disco posco furio [quot verba prima]. utriusque temporis participiis carent impersonalia omnia, de quibus superius docuimus, et defectiva, illa videlicet quae ordine declinari non possunt, ut aio quaeso inquam faxo salve ave cedo et possum; similiter et soleo.

20 Sunt verba, quae in prima persona confusa habentur, quorum significationem secunda persona coniugationis discernit, dico dicas correpta priore syllaba, dico dicis producta; fundo fundas, fundo fundis; volo volas, volo vis; appello appellas, appello appellis; compello compellas, compello compellis; mando mandas, mando mandis. sunt alia quae ex ||
 25 diversa forma praesentis temporis in praeterito confunduntur, paveo pavi, pasco pavi; cerno crevi, cresco crevi; acuo acui, aceo acui; lugeo luxi, luceo luxi; pendeo pependi, pendo pependi; frigeo frixi, frigo frixi. sunt quae idem habent praesens et praeteritum perfectum, haec sola, odi novi memini coepi pepigi. haec in imperativo modo praeter memini,
 30 quod memento facit, deficiunt et in futuro infiniti modi et in supinis

20 sunt verba Char. 256, 12. Diom. 372, 22 24 sunt alia Char. 247, 22. Diom. 371, 27 28 sunt quae idem habent praesens Char. 257, 8

2 declinatur f s declinantur PF 6 tepeo niteo pateo stupeo s tepeo niteo tepeo stupeo P tepeo niteo (niteo f) stupeo F 7 vireo hoc loco om. F floreo] flo P madeo tumeo s madeo vireo et stupeo tumeo PF 9 tamen Putschius tantum PF s 10 cum] ut P 13 egeo] et ego P mereo polleo P mereo palleo F s calleo om. F 14 et nolo et quae ex illis componuntur s 15 seuio sero F saevio sero P seuio sero algeo s 16 posco] pisco P pasco s furio. quae verba primitiva futuri temporis participiis carent. similiter carent participiis impersonalia s quod (quae f) verba prima F. verba ab hoc loco aliena fortasse ex iis quae sequuntur sunt verba quae in prima persona confusa habentur huc translata sunt 23 appello appellis compello compellas om. P 26 aceo] acueo P 27 pendeo pependi om. F pendo pependi om. P frigeo frixi frigo frixi Putschius frigeo frixi frigeo P frigeo frixi F frigeo frixi frico frixi s frigeo frixi frico frixi vel fricui g 29 haec imperativum modo P haec imperio modo F 30 deficiunt et in futuro infinito modo P deficiunt in futuro et in infinito modo F deficiunt et in futuro et in infinitivo modo s

p. 351. 53 L.

p. 1720—22 P.

nec non etiam in participiis utriusque temporis. unum ex his odi duo participia facit praeteriti temporis figurae compositae, exosus et perosus. sunt alia quae in omni declinatione secundae sunt coniugationis et in infinito quasi tertiae correptae proferuntur: fulgeo infinitum fulgere facit, ferveo fervere, obsideo obsidere. lectum est et strido, quod est tertiae; 5 alii ut secundae proferunt, ac maxime Lucanus huius modi declinationem usurpavit. |

Verba tam passiva quam deponentia nec non etiam communia, cuiuscumque sint coniugationis, praeteritum perfectum in has syllabas mittunt, in tus, in ctus, in sus, in xus, adiuncto in omnibus sum verbo, 10 ut amor amatus sum, doceor doctus sum, patior passus sum, nitor nixus sum. notantur pauca quae in praeterito deficiunt, passiva quidem haec, feror ferior tollor: faciunt enim praeteritum latus sum, ictus sum, sublatus sum: poscor (namque hoc quoque deficit in praeterito) postulatus sum, arguor convictus sum; similiter metuo et timeo nullum habent 15 perfectum. deponentia vero haec, vescor fruor medeor liquor reminiscor, quae in praeterito sic proferuntur, pastus sum, potitus sum, medicatus sum, liquefactus sum, recordatus sum; quae ab alio praesenti veniunt, sed ad supplementum declinationis defectivis adcommo-
dantur. sunt quaedam deponentia incertae coniugationis, haec sola, orior potior. nam in 20 || secunda persona numeri singularis tertiae productae sunt, hoc est quartae coniugationis, et in praesenti tempore infiniti modi: oriris enim et potiris et item oriri et potiri dicimus; reliqua ad exemplum tertiae correptae declinantur. sunt alia quae a diverso veniunt praesenti, sed in praeterito confunduntur, ut patior passus sum, pandor passus sum, ut 25 apud Vergilium 'crinibus Iliades passis'; item vertor versus sum, verior versus sum, ut apud eundem 'et versa pulvis inscribitur hasta'. sunt alia impersonalia, quae adsumptis pronomi-
nibus ablativi casus declinantur et a verbis neutri generis figurantur vel ab activis, quae dativum casum in serie orationis admittunt, ut sedetur ambulatur statur 30 pugnatur itur studetur: || veniunt enim, ut dictum est, a neutris, sedeo ambulo sto pugno eo studeo. his etiam Graecorum iactantiam, siquam de copia sermonis exercent, refutamus, quod haec proprie nequeunt ex-

12 notantur pauca *Char.* 249, 8, *Diom.* 380, 22 24 sunt alia *Diom.* 377, 21
28 sunt alia impersonalia *Diom.* 399, 13

4 facit *om.* P 6 maximo P 7 usurpavit. DE VERBO PASSIVO. Verba PF
8 cuiusque P 10 in tus in ctus & in tus ictus P in tus in gus F 11 doceor doctus
sum *om.* P passus] pactus F nixus P/ nissus F nisos & 13 faciunt enim
om. F 17 medicatus sum *om.* PF, add. & 22 oriris] oris P 25 ut patior
passus sum pandor passus sum & ut potior passus sum P ut pandor passus sum F
26 crinibus] *Verg. Aen.* I 480 Iliades] aliade F 27 et versa] *Verg. Aen.* I 478
inscribitur] in his scribit P 32 his enim F & in his enim f Graecorum iactan-
tiam *om.* P 33 haec propriae P haec propria F nec propria &

p. 1722 P.

p. 352. 53 L.

planare. similiter nocetur et suadetur et datur proferimus, quae in activa specie dativo casui iunguntur. sunt quae in participiis deficiunt, ut fruor medeor et reor, quod de praeterito tantum habet participium, in praesenti et futuro deficit. item nascor futuri temporis participio caret. impersonalia, sicut in activa declinatione, participia nulla habent, nisi quae poetica usurpavit licentia, praeteriti, ut regnata pugnata [percutsa], futuri, ut 'vigilanda viris', et his similia.

[PHOCAE GRAMMATICI]

DE ASPIRATIONE

10 Omnia nomina graeca in capite suo vel in medio loco ϕ litteram habentia cum p et aspiratione adiuncta scribuntur apud Latinos, ut Phoe-
bus ephēbus. omnia nomina graeca similiter υ litteram in principio suo
habentia praeposita aspiratione scribuntur, ut $\upsilon\acute{\alpha}\kappa\upsilon\nu\delta\omicron\varsigma$ hyacinthus, $\upsilon\delta\rho\alpha$
hydra, $\Upsilon\pi\alpha\nu\varsigma$ Hypanis. omnia nomina graeca in prima syllaba ϕ litte-
15 ram habentia vocali posita post ipsam ϕ aspirantur, ut $\text{P}\eta\nu\omicron\varsigma$ Rhenus,
exceptis duobus, Remus et Romulus. omnia nomina latina quae in sylla-
bam in principio suo habent praeposita aspiratione scribi significamus,
ut hirsutus hircus Hirpinus. omnia nomina graeca ab eo quod est $\text{I}\pi\kappa\omicron\varsigma$
graece dicta aspirationem praepositam similiter habent in scriptura, ut
20 $\text{I}\pi\pi\acute{o}\lambda\nu\tau\omicron\varsigma$ Hippolytus, $\text{I}\pi\pi\omicron\tau\acute{\alpha}\delta\eta\varsigma$ Hippotades. si hoc in medio nominis
loco fuerit, ista syllaba tum caret aspiratione, ut $\Phi\acute{\iota}\lambda\iota\pi\pi\omicron\varsigma$ Philippus,
 $\text{A}\rho\acute{\iota}\sigma\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$ Aristippus. omne pronomen articulare praeposita aspiratione
scribi notamus, ut hic et haec et hoc, excepto vocativo. si autem con-
posita fuerint, dasian amittunt, ut istic istac istuc. similiter et omne
25 adverbium ex articulari pronomine deductum aspiratur, ut hic huc hinc
hac. in compositione haec dasian amittunt, ut illic illac illuc. solum
vero adhuc et adhuc simplicium suorum scripturam servaverunt, id est

1 proferemus P 2 quae — iunguntur & quod — iungitur PF 3 medeor f
modior F medeo P 4 et impersonalia sicut activa declinatione F 6 regnata per-
cutsa futuri F regnata pugnata futuri f regnata vigilata pugnata Putschius 7 vigi-
landa] Verg. georg. I 313 similia expl. ARS FOCAE GRAM. (GRAMMATICI) DE NOMINE ET
VERBO PF similia finis. Phocae clarissimi grammatici ars de nomine et verbo foeliciter
explicit &

G codex Gudianus 260. & editio Ascensiana a. 1516

8 PHOCAE GRAMMATICI DE ASPIRATIONE & FOCAE orthographia. Christus. de aspiratione
dicturi sumus G 10 in capite suo ϕ litteram habentia in medio loco cum p G &
11 iuncta scribitur G 14 $\upsilon\pi\alpha\nu\varsigma$ hypanis & $\upsilon\pi\acute{\alpha}\tau\iota\omicron\varsigma$ hypatius G in prima syl-
laba om. G 15 posita om. G &, add. Lindemannus $\text{P}\eta\nu\omicron\varsigma$ in lacuna om. &
18 Hirpinus] hirpinus G 19 praepositam om. G 20 $\text{I}\pi\pi\acute{o}\lambda\nu\tau\omicron\varsigma$ $\text{I}\pi\pi\omicron\tau\acute{\alpha}\delta\eta\varsigma$
 $\Phi\acute{\iota}\lambda\iota\pi\pi\omicron\varsigma$ $\text{A}\rho\acute{\iota}\sigma\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$ in lacunis om. & 21 loco om. G 24 similiter enim et G &
25 ut hic $\epsilon\nu\alpha\upsilon\theta\alpha$ huc $\acute{\omega}\delta\epsilon$ hinc $\epsilon\nu\delta\epsilon\nu$ hac η G 27 simpliciorum suorum &
servarent G